xxj. q. j. c. j. immo nõ est aliq̃s ĩstituẽdus nisi tm̃ sibi assigneṫ q̧ sibi ꝓuidere ⁊ epalia iura ꝑsoluere possit. ĩ. de ꝑbẽ. de monachis. Planũ est q̧ teneṫ inde facere mẽtionẽ: alr̃s nõ valerẽt lr̃e. ⁊ sic soluitur hic q̃stio ista q̃ ponebaṫ. ĩ. de ꝑbẽ. cũ teneamur. Sed aduerte qd̃ dicit in ꝑncipio. si aliquo ꝓponẽte se nullũ bñficiũ ecclasticũ assecutũ. si ita q̃s modicũ habẽs bñficiũ significet pape: sine dubio mentiṫ. ⁊ ideo nullũ cõmodũ debet habere de lr̃is. s̃. eo. sup lr̃is. quia in fraudẽ tacet modicũ bñficiũ. Sꝫ si aliq̃s diceret ita dño pape. supplicat sctĩtati vr̃e talis paup clericꝰ vt in tali eccl̃ia bñficiũ ꝯferre dignemini: nunq̃d valent tales lr̃e? qꝛ tacuit de modico bñficio: ⁊ tñ veꝝ dixit qꝛ paup est ĩ ꝟitate. Ista forma nõ videṫ ꝯdicere huic decre. qꝛ nõ dicit se hr̃e vel nõ habere bñficiũ. Dici põt adhuc q̧ nõ valẽt: qꝛ semp videṫ tacere in fraudẽ beneficiũ licet modicũ vt citius litteras obtineat simpliciter se pauperem clericũ appellãdo. quia ꝑ hoc intelligit papa q̧ nullũ habeat beneficiũ. Quidã dicũt q̧ bene valẽt qꝛ nõ dicit se nullũ sed pauper beneficiũ habere. ĩ. de ꝑben. dilectus filius. g. ⁊ bene dicunt q̧ nõ est necesse q̧ de modico teneatur facere mentionem. s̃. eo. postulasti.

¶ Glosa sequens ponit nouem conditiones subintellectas in litteris beneficialibus. et ponit versus.

Bñficij a ĩpetratoꝛ multa exꝑmere dꝫ.

De hoc mentionem. Nota ergo q̧ q̃ hꝫ modicũ bñficium nihilominꝰ teneṫ inde facere mẽtionẽ. ⁊ multe ꝯditiones alie subintelligunṫ sine qbꝰ lr̃e nõ valẽt si est clericꝰ. ĩ. de trãsac. ex lr̃is. Itẽ si nõ habeat aliud bñficiũ. s̃. e. cũ adeo. Itẽ si vult residere ĩ eccl̃ia. ĩ. de cle. nõ resi. relatũ. Itẽ si est dignꝰ. s̃. e. cũ adeo. ⁊. ĩ. de elec. cãm q̃. Itẽ si eccl̃ia tot põt sufficere. ĩ. de ĩsti. c. j. ⁊. c. auctoritate. ⁊ de vi. et hone. cleri. qm̃. ⁊. s̃. de ꝯsti. cũ. M. ferrariẽsi. Item si de terra illa est oriũdus. lxxj. dist. hortamur. ⁊. C. de epi. ⁊ cle. in ecclesijs. ⁊. ĩ. de cle. ꝑegri. te nobis. Si hꝫ ꝑpetuã vicariã q̃ sufficiat sibi. s̃. eo. postulasti. Itẽ si ad mandatũ pape aliꝰ sit receptus. s̃. eo. tribꝰ ꝓximis ca. Uel si quã aliã iustã habeat excusatiõnẽ. s̃. eo. si q̃ñ. vnde potes notare ꝟsus.

Uersus. Clericꝰ/indigena/dignus/pauper/residensq̧. Redditus vt pateat: scriptis sunt ista notanda.

Quia nõnulli diuersis. Septẽ species fraudis ponũtur in hac decre. quaꝝ tres cõmittunṫ in ĩpetrãdo: ⁊ quattuoꝛ in abutẽdo. pena ꝟo cõis est oĩbꝰ videlꝫ ꝑuaṫ cõmodo lr̃aꝝ ⁊ ꝯdẽnatur in expensis: ⁊ hoc sufficit ꝓ summario ⁊ diuisione ꝺm Jo. and.

Casus. Sex vitia in hoc capl̃o reprobanṫ. primo rep̃hẽdũtur illi q̃ lr̃as sub suo noĩe ĩpetratas alijs eiusdẽ nois tradũt. et q̃ eas tali mõ recipiũt. Item scd̃o et illi q̃ alios trahũt ad iudiciũ contra quos nihil habẽt q̃stionis. Itẽ tertio illi q̃ lr̃as tradũt ad futura negocia q̃ nõdũ erant orta tpe ĩpetrati rescripti. Itẽ quarto q̃ super vno negocio reũ trahũt ad diuersos iudices. Itẽ quinto qui trahũt reum sup pluribꝰ ꝑsonalibꝰ actionibus corã diuersis iudicibꝰ q̃ sub vno cõmodiꝰ tractarenṫ. Itẽ sexto rep̃hendiṫ reus qui eodẽ tẽpore trahit actorẽ ad diuersa loca vel indetermiate ad villã que habet cõmune nomẽ cũ pluribꝰ villis. oẽs iste ꝑsone q̃ maliciã hanc exercent carere debẽt cõmodo litterarum/et in expensis debent alteri parti condẽnari. Ber.

b Sub noĩe suo. Sex vitia ĩ h̃ capl̃o rep̃hẽdunṫ. Pr̃io rep̃hẽdũtur illi q̃ lr̃as suo nomĩe ĩpetrantes alijs eiusdẽ nois tradũt. Et q̃ eas tali mõ recipiũt. Itẽ ⁊ illi q̃ trahũt ad iudiciũ illos ꝯ quos nil hñt q̃stiõis. Et q̃ lr̃as ad futura extẽdũt negocia q̃ nõdũ erant tpe ĩpetrati rescripti exorta. Itẽ q̃ sup vno negocio trahũt reum ad diuersos iudices: vel etiã trahunt reũ sup pluribꝰ ꝑsonalibus actionibus corã diuersis delegatis: que sub vno iudice cõmodius tractarenṫ. Itẽ et reus qui eodẽ tẽpore trahit actorẽ ad diuersa loca vel indeterminate ad villã q̃ habet cõmune nomen cũ pluribꝰ villis. omnes iste persone que maliciam istam exercent carere debent cõmodo litterarum et in expẽsis sunt puniende. et hec dicit decre.

c Eiusdẽ nois. Tali malicie obuiãdũ est: et põt de facili obuiari vt ꝓpriũ nomẽ cũ cognomie in lr̃is apponaṫ: ⁊ hmõi generalitas nois remoueaṫ. ita q̧ de ꝑsona ꝯtẽta in lr̃is ꝯstet. ar. ff. si cer. pe. certũ. Et tã isti q̃ lr̃as tradũt q̧ q̃ modo tali recipiũt/eodem reatu criminis ĩuoluunṫ. si. ĩ. de resti. spo. sepe contingit. ⁊. ĩ. de alie. iudi. mu. causa fac. c. j. ⁊. ij. et. ĩ. de iudi. quia. v.

d Questiõis. Et isti q̃dẽ recte puniunṫ: qui calũniose trahũt alios ad iudiciũ. qꝛ debẽt expelli ⁊ ĩ expẽsis ꝯdẽnari. ĩ. de pe. calũniã. et. ff. de iudi. eum quẽ temere. ĩ. de do. ⁊ ꝯtu. c. actoꝛ. in decre. noua. ĩno. iiij. lib. vj.

¶ Glo. seq. obijcit. secundo coadiuuat textum ꝑ sex rationes.

e Ad futuras trahunt controuersias. Sꝫ vr̃ q̧ hoc q̃dẽ fieri possit qꝛ rei q̃ nõdũ est põt ꝯstitui ꝟuitꝰ. ff. de ser. vꝛ. ꝑdio. si ꝟuitꝰ. §. futuro edificio. ⁊. ff. de ser. vẽ. l. vl. ff. de ser. ru. pre. labeo. Sꝫ ꝯ res q̃ nõdũ est accusari nõ põt. ĩ. de despõ. ĩpube. ad dissoluẽdũ. ⁊ id de quo agẽdũ est ꝑmo ĩ reꝝ natura debet esse. ff. de iu. codicil. q̃dã referũt. §. j. ‡ ⁊ collegio qd̃ nõdum est nõ daṫ ꝑuilegiũ. ĩ. de eccle. edi. ad audiẽtiã. ij. ⁊ ꝑdio qd̃ nõdũ est ⁊c. ff. cõia ꝑdi. l. j. nec põt dici veꝝ qd̃ nũq̧ fuit. de peni. dist. ij. in fi. ꝑterea decretũ ĩpo iure nullũ est qd̃ est datũ de ea re q̃ adhuc in ꝯtrouersia nõ est. ff. q̧ cuiusq̧ vniuer. no. itẽ eoꝝ. §. si decuriones. Ergo recte dicit: q̧ rescripta ad futura negocia nõ trahunṫ: qd̃ veꝝ est ꝑ iura predicta in contrarium signata. ⁊ arg. bonum. ff. de aur. ⁊ ar. lega. l. si ita.

Rescpta ad futuras lites nõ trahũtur.

‡ Non ꝑus iur; ratio q̧ persõa q̃rẽda ẽ. Uñ nõ valet legatũ factũ illi q̃ tẽpore codicillorum non extat. Jo. an.

Additio. Hac demonstratione vestẽ meam. argẽtum meum: seruos meos: presens non futurũ tẽpus ostendiṫ. Jo. and.

f Sup vno negocio. Hoc planũ ẽ: qꝛ dꝫ ꝯmodo carere vtriusq̧ rescripti. s̃. eo. ex tenore. ⁊ ĩ expẽsis puniri. vt h̃ ĩ fi. dicit. ĩmo videṫ q̧ debeat causam ꝑdere sicut ille qui petit seruum in diuersis iudicijs ꝑdit causam. C. de asser. tol. l. j. §. vlti. quia vbi cepit iudiciũ ibi debet finiri. ĩ. de fo. cõpe. c. ꝓposuisti. ⁊. ff. de iudi. l. vbi.

g Personalibꝰ actionibꝰ. Et ĩ hoc obuiãdũ est eoꝝ malicijs: qꝛ malicijs hoĩm nõ est indulgẽdũ. s̃. e. sedes. ff. de rei vẽ. in fundo. Et malicia satis apparet: si illũ quẽ ꝑ talibus actionibꝰ cõmodiꝰ potest trahere corã vno: si trahit illũ ad diuersos iudices: qꝛ quasi vnũ negociũ est: et perinde habeṫ ac si sup eodẽ negocio traheret illum ad diuersos iudices: ĩmo videṫ q̧ oẽs illas ꝑsonales actiones possit ꝓponere in eodẽ libello. C. de anna. excep. l. vl. sed etiam ꝓcessus ꝑ tales lr̃as habitus non valet. vt in decre. inno. iiij. ca. dispendia. eo. ti. lib. vj. secus in realibus. vt no. in. d. c. dispendia.

Malicijs hoĩm nõ ẽ ĩdulgẽdũ

¶ Glosa sequens recitetur per questionem.

h Per varias litteras. Secꝰ si corã ordinario. qꝛ si ꝑ vna ꝑsonali actione ꝯueniaṫ corã delegato: ꝑ alia ꝑsonali poterit ꝯueniri corã ordinario vt videṫ. Alij ꝯtrariũ dicũt. Sed si corã pluribꝰ ordinarijs q̃s trahaṫ: idẽ credo qd̃ in delegatis. Et idẽ videṫ si corã delegato ⁊ ordinario trahaṫ: quia eadem causa videtur.

¶ Glo. seq. ar. signat contrarium ⁊ soluit.

i Ad diuersa loca. Per h̃ qd̃ dꝛ ad diuersa loca: vr̃ q̧ possit reꝰ trahere actorẽ ad vnũ locũ certũ ⁊ determiatũ: qd̃ vr̃ h̃ ĩnui: ⁊ q̧ possit habes. s̃. eo. pastoral̃. ij. rñ. ⁊. ĩ. de of. dele. prudẽtiã. §. vl. Sꝫ ꝯ. C. de sen. ⁊ ĩterlo. om. iu. auṫ. ⁊ ꝯsequenṫ. vbi dꝛ q̧ reꝰ actorẽ ad iudicẽ aliũ trahere nõ dꝫ: sꝫ corã eodẽ: nisi tũc demũ lite finita. Rñ. q̧ reꝰ bñ põt trahere actorẽ ad iudicẽ aliũ pẽdente ꝑori iudicio: vt dicũt iura ꝑdicta: ⁊ h̃ idẽ ĩnuiṫ dũ dicit ad loca diuersa † q̃si ad vnũ nõ ꝓhibereṫ: sꝫ actoꝛ hꝫ exceptionẽ ne recõueniaṫ a reo corã alio iudice: nisi lite finita. et nisi admittaṫ talis exceptio tenebit appellatio si ĩterponaṫ ꝑ auc. ꝑdictã: et ita ꝑ exceptionẽ suspẽdunṫ littere rei vsq̧ ad litẽ finitã: ⁊ si non excipiaṫ bene põt ꝓcedere ꝯtra illũ actorem. Dic sup hoc vt dicit illa decre. Inno. iiij. ĩ. eo. ti. dispendia. lib vj. ⁊. ĩ. de mu. pe. c. ij.

Reus an possit iudicio pẽdente actorez ad aliũ iudicem trahere.

† Uel ĩtelligitur lr̃a in eo q̃ ꝓcurat actorem ad petitionem amicoꝝ nõ ad suã citari ad loca diuersa: et ille amicus carebit cõmodo rescripti et sic ꝯuciet pena q̃ sequitur. Jo. an. in nouel.

k Uel ĩdetermiate. Qd̃ eẽ nõ dꝫ: qꝛ certꝰ locꝰ ꝓuidẽdꝰ ẽ: alr̃s intelligereṫ de illo loco vbi iudicare ꝯsueuit. ff. de iudi. si locus. ff. de arbi. si cũ dies. §. si arbiter. ar. ⁊. C. q̃ñ ⁊ q̃ñ iu. sen. ꝓ. dꝫ. l. si vt ꝓponis. gñalitas enĩ parit obscuritatẽ. ff. de iur. fis. ita fidei. qꝛ deliberare nõ põt. ĩ. de ap. significãtibus: ⁊ nimia gñalitas reprobaṫ. ĩ. de do. ⁊ ꝯtu. ex lr̃is. ⁊ ꝑinde est ac si nullũ locũ statuisset. arg. ff. de ĩter. ac. de certa. §. nihil. ⁊ vagari nõ lꝫ cũ alteriꝰ dãno. ff. de ĩiuri. ꝑtoꝛ edixit. ‡ et in tali casu teneret appellatio sicut ibi. ⁊. ĩ. de ap. significantibꝰ. ⁊. ĩ. de li. ob. c. vl. ⁊ vbi in aliquo loco nois eiusdẽ haberet habitationẽ ⁊ nõ in alijs tũc debet ĩtelligi de illo loco vbi q̃nq̧ habitat.

‡ Specificare dꝫ ĩiuriã q̃ agit ĩiuriarũ nec cum alterꝰ damno ⁊c. Jo. an.

¶ Glo. seq. alleg. tres concoꝛ. querit obijciendo. ponit opi. soluit. solutioni opponit et respondet.

villã q̃ cõe cum plurib⁹ eiusdẽ ꝓuincie villis hꝫ vocabulũ: citari ꝓcurat: vt dũ nõ cõparuerit: excõicet̃ q̃si cõtumax: ⁊ sic eũ a sua intẽtiõe repellat: earũdẽ litterarũ cõmodo careãt: ⁊ aduersarijs
a in moderatis expẽsis ac dãnis[a] que propter hoc eos ꝑtulisse cõstiterit: condẽnentur.

De Consuetudine.

Gregorius in registro.

Consuetudo inferens grauamen ecclesijs debet iudicis officio tolli. h. d. ẽm intellectũ magis singularem. Capitulum. j.

b Consuetudies[b] q̃ ecc'ijs grauamẽ inducere dinoscũt̃: nr̃a nos decet considera tione remittere.

Inno. iij. archie. et capi. lugdu.

Ex cõsuetudine põt ĩtroduci act⁹ siue solẽnitas ꝑ quã sine apprehensione reali trãsfertur possessio rei absentis. h. d. ⁊ est casus singularis ẽm Ab. sic. Cap'lm. ij.

Ex lr̃is: et. j. Si vero aliq̃s possessiões aliq̃s claustris
c vel alijs religiosis[c] loci: i bõa valitudie vl' vltia volũtate ꝓ suoꝝ vult remedio pctõꝝ ꝯferre: hanc cõferẽdi formã esse ꝓponis q in hmõi donationib⁹ modicũ terre ꝯsueuit ĩ manu accipe: vl' ĩ extremitate pallij qđ manu ꝑlati ecclesie sustinet̃: aut sup altare ponẽdũ sub testionio vidẽtiũ ⁊ audiẽtiũ sub dicta forma q̃ scotatio
d vulgarit̃ appellat̃. ⁊. j.[d] Discre. v. mãdam⁹ q̃ten⁹ donatões eoꝝ
e q̃ sub obtẽtu ꝯsuetudinis[e] claustris ecc'ijs vl' q̃buslibet loci religiosis pie ꝯferũt̃: vl' etiã sũt collata: faciat irreuocabilit̃ obꝫuari
f cũ hmõi signũ[f] qđ scotatio dr̃ nõ tã facte donatiõis q̃ꝫ tradite possessionis sit euidẽs argumẽtũ.

Idem episcopo Pictauẽsi.

Non valet consuetudo vt in causis ecclesiasticis dictum populi ꝓ sẽtẽtia teneat̃. Cap'lm. iij.

Ad audiẽtiã nr̃am noueri ꝑuenisse. q in tua dyoce. etiã ĩ causis ecc'iastici ꝯsuetudo min⁹ rõnabil' habeat̃: q cũ aliq̃ cã tractat̃ ibidẽ / ⁊ allegatiõib⁹ ⁊ q̃relis vtriusq; parti auditi: a presentib⁹ lr̃atis ⁊ illiteratis: sapiẽ
g tibus ⁊ ĩsipiẽtibus[g] q̇d iuris sit
h q̃ritur:[h] et qđ illi dictauerint vel

---

a Expensis ac dãnis. Et merito debet istoꝝ malicia puniri in expẽsis ⁊ dãnis alteri parti. si. s̃. e. c. ceteꝝ. et. j. de do. ⁊ ꝯtu. ex lr̃is. j. de ap. vt debit⁹. Sed q̃s puniet eos cũ isti nõ habeãt iurisdictionẽ ⁊ nõ possunt illos punire? Ordinari⁹ nõ põt illos punire q: in hoc nullã hꝫ iurisdictionẽ. Quidã dicunt q ordinari⁹ illos punire debet. Mihi videtur q isti ijdẽ iudices penã istã debẽt ĩponere sup expẽsis ⁊ dãnis. ⁊ ĩ hoc saltẽ habẽt iurisdictiõem: vt de pc̃ũ veritate cognoscãt: ⁊ penã ĩponant. vt hic videt̃: ⁊ eodẽ modo ĩtelligit̃. s̃. eo. ceteꝝ. vbi est ar. q scđi iudices debẽt hanc penã ĩponere. ad hoc est op. arg. s̃. eo. sup lr̃is. ĩ fi. ⁊. j. de ap. vt debit⁹. † et si hoc nõ fecerĩt iudices dũmõ petitũ fuerit ab eis de sua substãtia illud detrimẽtũ restituere cõpellunt̃. C. de iudi. sancim⁹. ⁊ poterũt isti iudices ꝯueniri corã ordiario vel delegato ꝯdictiõe ex illa. l. sancim⁹. Sꝫ q isti iudices q̃b⁹ hmõi lr̃e dirigũtur nõ possint: videt̃ ꝑ decre. ꝑdictã ex lr̃is. j. de do. et ꝯtu. vbi ꝓmi iudices ꝯdẽnãt ⁊ nõ secũdi. Sed illud ideo fuit: q: corã ꝓmis iudicibus obijciebat̃ de scđis lr̃is ab altera parte ĩpetratis nõ faciẽtib⁹ expressam de ꝓorib⁹ mẽtionẽ. vñ ꝓmi iudices ꝯsuluerũt papã q̃d iuris eẽt. ⁊ rñdet ꝓut pꝫ in lr̃a. s. q ibi ꝓmi iudices ꝯdẽnẽt partẽ alterã in expẽsis ꝓpter dolũ suũ: al's secũdi deberẽt imponere penã illam si corã ipsis fuisset exceptũ de ꝓmis ⁊ remittere partes ad ꝓmos. vt sic illi iudices penã istã imponãt corã quib⁹ excipit̃. vel quia in litteris secũdis cõtinet̃ q primi hoc faciãt. al's secũdi debent condẽnare: quia si diceret̃ q isti iudices q̃bus lr̃e hmõi dirigunt̃ hoc facere nõ possent: per hoc lites ex litibus orirent̃. quia pro eisdem expensis oporteret eos iterum litigare. vnde tutius est et melius q hoc faciãt. vt per hoc malicijs istorum per penam huiusmodi obuietur.

† Et patet hoc i ꝯcilio vieñ. eo. ti. abbates. et quod hic vocat damna: ibi vocat interesse. Jo. and.

Cõtinuatio. Rubrica De consuetudine. Cõtinuat̃ Quia visum est. s̃. de iure scripto qđ cõsistit in constitutionib⁹ ⁊ in rescriptis. merito subijcit̃ de iure nõ scripto qđ consistit in consuetudinibus. Ab. sic.

Consuetudines. Cõsuetudo ĩferẽs grauamẽ ecclesijs vel cis grauosa nõ tenet. h. d. ẽm cõem ĩtellectũ. Et nõ diuidit̃. Ab. sic. Casus. Statuit Grego. q ꝯsuetudines q̃ ecclesijs grauamẽ ĩducũt penit⁹ sũt extirpãde.

b Consuetudines. Hoc cap'lm ĩtelligit̃ de onerosa ꝯsuetudie. ⁊ q̃ multũ ledit: ⁊ est radicit⁹ extirpãda. viij. di. mala. ⁊. xij. q. ij. bone rei. ⁊. xij. di. oĩa. nã ꝯsuetudo debet esse rõnalis ⁊ non ꝯtra vtilitatẽ ecclesie. j. de his q̃ fi. a maio. par. ca. cũ in cũctis. et. j. de re iudi. cum cã. et. j. eo. ad audiẽtiã. ⁊. j. e. cũ venerabilis. Quãdo aũt cõsuetudo preualeat iuri ⁊ quando nõ dicetur. j. eo. ca. vlti.

Diuisio. Ex litteris. Ualet ꝯsuetudo ꝑ quã ecc'ia acq̃rit dñium et possessionẽ rei sine solẽnitate legali. Jo. an. Diuidit̃ in duas partes. nã in ꝓma ponit̃ ꝯsultatio. in secũda ibi. discretiõi respon sio / siue mandatum. Casus. Talis erat ꝯsuetudo in dacia: q si aliq̃s ĩ sanitate seu ĩ vltima volũtate vellet ꝓ remedio pctõꝝ suoꝝ ꝯferre locis religiosis aliq̃s possessiões: accipiebat modicũ terre ĩ extremitate pallij qđ palliũ manu ꝑlati sustinet̃. et ponit̃ sup altare sub testionio vidẽtiũ. hui⁹ donatio vulgarit̃ dr̃ scotatio. Quidã maliciose nitebant̃ hmõi donatiões ĩfrigere ꝓ eo q solẽnitas testimonioꝝ ĩ hmõi vltimis volũtatib⁹ nõ ꝫuabat̃. Significatũ fuit ꝺ dño pape: vñ mandat q hmõi donatiões q̃ ꝑtextu ꝯsuetudĩs talis ꝯferunt̃ locis religiosis: vel etiã sunt collate faciãt ĩuiolabilit̃ obseruari. q: hui⁹ signũ qđ scotatio dr̃ nõ est solũ argumẽtũ donationis facte sꝫ etiã tradite possessiõis. Nota ꝯsuetudinẽ ꝫuãdã esse ĩ donatiõib⁹ ĩ vltima volũtate factis locis religiosis. Itẽ nota q possessio trãsfert̃ ꝑ aliũ actũ q̃ꝫ ꝑ traditionẽ ipsi⁹ rei trãslate. Ber.

c Religiosis. In his enĩ q̃ religiosis locis relinquunt̃: nõ req̃rit̃ solẽnitas testamẽtoꝝ. j. de testa. cũ esses. ⁊. c. seq. ẽm canonicã eq̃tatẽ ⁊ fauorẽ religiõis. Additio. Uñ etiã legatũ factũ ecc'ie crescit ꝑ inficiationẽ. insti. de pena temere liti. circa prin. Jo. an.

d Et. j. Sub isto. j. ꝯtinet̃ q q̃dã cauillosi dicebant q hmõi donatio nõ valebat: q: solẽnitas testamẽti nõ obseruabat̃ eo q ẽm leges testiũ debet fieri septem aut q̃nq; testib⁹ adhibitis: al's nõ valet. vt. j. de testa. cum esses. ⁊. c. relatũ. sup hoc papa respondet discre. vestre ⁊c̃.

e Consuetudinis. Scꝫ ꝑdicte. que laudabilis est vnde est seruãda. j. de symo. ad apostolicã. ex quo eque puniri debet trãsgressor laudabilis ꝯsuetudinis: sicut trãsgressor legis. xj. di. in his. hmõi donatio valeret etiã si ꝯsuetudo super hoc non esset.

Cõsuetudinem violãs vt trãsgressor legis puniri debet.

Glo. seq. ponit q̃ttuor similia. scđo põit. v. modos q̃b⁹ possessio rei sine ipsi⁹ appꝫẽsiõe trãsfert̃. ⁊ ponit de his ꝟs⁹.

f Signũ. Sicuti anulus signum est ĩuestiture. j. de his q̃ fi. a maio. par. ca. ex ore. Et ĩuestitura est signum tradite possessiõis ‡ j. de dona. ꝑ tuas. Itẽ anul⁹ est signũ mr̃imonij. j. de presump. illđ. ⁊. xxx. q. v. femine. Sic etiam restitutio ĩstrumẽtoꝝ est signũ renũciatiõis. j. de renũ. sane. ⁊. j. de pac. cũ ꝓdẽ. et. C. q̃ res pig. ob. pos. l. ij. ⁊ meli⁹. ff. de pac. l. labeo. secus est si restituat pignus. ff. eo. ti. l. postq̃ꝫ. Sic etiã res nõ appꝫẽditur: ⁊ tñ possessio trãsfert̃ vt ꝑ claues. ff. de cõtrahẽ. emp. clauib⁹. Itẽ ꝑ ĩstrumẽtũ fit donatio. C. de dona. l. j. Uisu etiã trãsfert̃ possessio. ff. de acq̇. pos. qđ meo. §. si vẽditorẽ. Itẽ si rẽ meã penes te depositã tibi vẽdidi. isti. de re. di. §. ĩterdũ. Itẽ cũ q̃s etiã rẽ suã vult possidere nomĩe alteri⁹. ff. de rei vẽdi. q̃dã. Nec etiã semp in acquirẽda possessione necessarius est act⁹ corporalis. vnde sufficit affectus aliquo actu interueniẽte. ff. de acquirẽ. pos. l. j. §. antepe. ⁊ hic licet lex dicat q possessio acq̃rit̃ corpore ⁊ aĩo nõ altero tantũ. C. eo. titu. licet. ita q rei apprehensio per se vel per alterũ sit necessaria. ff. de acq̇. pos. queadmodum. et. l. qui vniuersas. Hoc tñ scias q licet ecc'ia nõ appꝫẽdat possessionem rei sibi collate: dñiũ tñ nihilominus adipiscit̃ qđ nõ est in priuato. C. de rei vẽ. seruum. C. de sacrosan. eccle. vt iter diuinũ. Unde ꝟsus. Uisu siue rei mutuate vẽditione. Clauibus et chartis: mea si ꝯduco sciẽter. Quis non aliter detur possessio / transit.

‡ Dicit hic Inn. ⁊. B. j. de insti. auctoritate. in fi. j. glo. cuꝫ remis. q ꝑ ĩuestiturã ñ acq̃rit̃ possessio. ꝑ. l. ff. de acq̇. pos. si ex stipulatione. Licet ẽm azo. hoc ius acq̃rat̃ ex ĩuestitura q ĩuestitus auctoritate sua põt possessiõem ingredi. Ad idẽ. l. fundi §. vnico. ⁊. l. quod meo. §. si furioso. et. l. j. §. penul. et adde qđ dicaꝫ de elec. transmissam. Jo. and.

Uersus.

Ad audiẽtiã nr̃am. Nõ valet cõsuetudo vt snĩa a nõ suo iudice lata teneat. Jo. an. Cõis diuisio. scđa ibi. nos igit̃. Ab. sic. Casus. In dyoce. Picta. talis erat ꝯsuetudo etiã in causis ecc'iasticis: q cũ aliq̃ causa tractabat̃ ibidẽ: auditis allegatiõib⁹ vtriusq; pti ab his q̃ pñtes erãt sapiẽtib⁹ ⁊ ĩsipiẽtib⁹. q̃rit̃ q̃d iuri / et qđ illi vel aliq̃s eoꝝ dictauerit de ꝯcilio ꝓsentiũ ꝓ snĩa habeat̃. Peruenit ꝺ ad noticiã pape. scribit papa epõ Picta. dicẽs q talis cõsuetudo obuiat canonicis ĩstitutis: ⁊ ideo nullius debet esse momẽti: q: snĩa a nõ suo iudice lata non tenet. Unde mãdat eidem epõ vt in causis subditoꝝ suoꝝ postq̃ꝫ sibi de meritis ipsarũ cõstiterit snĩam ꝓferat sicut postulat ratio iuris ꝓmissa consuetudine nõ obstãte. Nota ꝯsuetudo ꝯtra canones introducta ⁊ nõ rationabilis nõ valet. Itẽ sentẽtia a nõ suo iudice lata non tenet. Ber.

g Insipientib⁹. Id est min⁹ sapiẽtib⁹. Nec istud est ĩcõueniẽs: q: q̃nq; reuelat̃ minori qđ maior nescit. C. de offi. rec. ꝓuin. l. potioris. ⁊. xcv. dist. esto subiectus. in fi. xxiiij. q. iij. si habes. B.

Glo. seq. recitetur per obiectionem.

h Queritur. Nõ ꝓhibet̃ hic q̃n a plurib⁹ req̃rat̃ q: facili⁹ ĩuenit̃ qđ a plurib⁹ ⁊ sapiẽtib⁹ q̃rit̃. xx. dist. de q̃b⁹. C. de fideicõ. l. vl. ad fi. q̃m illitterati q̃nq; habẽt causaꝝ peritiã. C. de iudi. certi iuris. ⁊ in aut̃. de iudi. §. q: vero. col. vj. sed hoc solũ reprobat̃ hic: q eorũ responsum ꝓ sententia teneat̃: cũ al's sentẽtia a nõ suo iudice lata sit nulla. C. si a nõ cõpe. iudi. l. vlti. ⁊. j. de iudi. c. at si clerici.

a ¶ Canonicis. Et sic non valet consuetudo ꝯtra canonicā ꝯsti. ꝭ. de offi. archi. cū satis. ꝭ. de re iudi. cū cā. et que grauamē inducit. ꝭ. eo. c. j. Arg. ꝯtra. ꝭ. de cā pos. cū ecclesia sutrina. ꝛ. ff. de admi. tu. sine herede. §. penul. † Ista ꝯtrarietas expediet. ꝭ. ca. penul. ꝛ vlti.
¶ Glo. se. alle. v. ꝯcor. ponit duos casus exceptos ꝛ scđm moderat.

† Ibi valet consuetudo ꝙ dñi p̄dioꝝ nō cōductores subeāt an nonaꝝ onera. Jo. an.

b ¶ Judice. Sic. ij. q. j. ī p̄mis. ꝭ. de iudi. at si clerici. ꝭ. de parro. null9. et C. si ā nō ꝯpe. iudi. l. ij. ꝛ iij. Et h̄ veꝝ est nisi ī cā recōuentionis. vt. iij. q. viij. §. cuius in agēdo. Uel nisi ex certa sciētia aliqs cōsentiat ī iudicē nō suū. ff. de iurisdi. om. iu. si p errorē. ꝛ. ff. de iudi. l. ij. vel nisi vocat9 venire cōtēnat. ꝭ. de appel. si duob9. Sz hoc non hz locū in clericis qui non p̄nt in aliū iudicē ꝯsentire sine licētia sui p̄lati vl' iudicꝫ. ꝭ. de fo. cōpe. si diligēti. ꝛ. c. significasti. vbi de hoc dicetur.

Quanto. ¶ Non valet ꝯsuetudo p̄mittēs pbr̄is vt crismēt. Et sūt due ptes. In prima p̄sumptuosa ꝯsuetudo. In scđa ipi9 reprobatio. ibi discretiōi. Ab. sic. ¶ Casus. Quidā sacerdotes apud ꝯstantinopolim ꝯferebant sacramētū cōfirmationis crismādo ī frōte baptizatos qđ a tpe aploꝝ soli ep̄i ꝯferebant p man9 īpositiōes. sz ipsi ad suā excusationem solā ꝯsuetudinē allegabant. Unde mādat papa vicario suo apđ cōstātinopolim ꝯstituto vt oībus pbr̄is suis districte prohibeat ne de cetero talia sacra ꝯferre p̄sumāt. qꝛ lz non sint a fidelib9 ꝯtēnēda: tñ tuti9 est ea dimittere sine piclo ex necessitate q̄ legē nō hz: q̄z ea recipere ab his q ꝯferre nō p̄nt. qꝛ vmbra qdā ostēdit ī ope: v̄itas aūt ī effectu nō subest. ¶ Nota ꝯsuetudo non excusat aliquē in delictis. Itē nihil ꝯfert a sacerdotib9 si crismāt in frōte baptizatos. et ita p nō dato habet qđ dat ab illo q dare non potest de iure. Ber.
¶ Glo. seq. alle. tres concor. scđo signat successiue duo ꝯtraria ꝛ soluit. tertio querit alle. ponit opi. et soluit.

Diuisio.

aliqs eoꝝ (presentiū ꝯsilio reqsito) p snīa teneat. ¶ Nos igit attēdētes ꝙ consuetudo q canonicis^a obuiat īstitutꝫ: nulli9 dz esse momēti: cum snīa a nō suo iudice^b lata nullā obtieat firmitatē. Ut ī causis ecc'iasticis subiectorū tuoꝝ postq̄ tibi de meritꝫ eorū ꝯstiterit sniam pferre valeas: sicut ordo postulat rōnis: aucte tibi p̄sentiū (p̄missa cōsuetudine nō obstāte) cōcedim9 facultatē.

Idem. L. vicario nr̄o apud cōstantinopolim constituto.

¶ Consuetudo nō pōt opari vt cleric9 nō ep̄s possit exercere ea que sūt reseruata ordini ep̄ali. et est casus no. Abb. Capitulū. iiij.

Quāto de bēignitate: et. ꝭ. ¶ Peruenit ad audiētiā nr̄am: ꝙ qdā simplices sacerdotes apud cōstātino. ea sacra p̄sumūt fidelib9 exhibere: q ab aploꝝ tpe fuerūt solis pōtificib9 reseruata^c: vt est sacr̄m ꝯfirmationis: qđ crismādo renatos soli debēt ep̄i p man9 īpositiōez ꝯferre: ad excusandas^d excusationes in pctīs solā ꝯsuetudinem^e ptēdentes: ꝛ. ꝭ. ¶ Di. t. mādam9 quaten9 oīb9 pbr̄is districte phibeas ne talia de cetero sua temeritate p̄sumāt: q lz nō sint a fidelib9 contēnēda: tutius tñ est ea sine piculo ex necessitate^f (q legem nō hz) omittere^g: q̄z vt ab his quib9 ea cōferre nō lz: ex temeritate (q lege dānatur) non sine graui periculo inaniter conferātur: cū vmbra quedā ostendat in opere: veritas autem subeat in effectu.

Idem decano et ca. cenomañ.

¶ Nō valet ꝯsuetudo: p quā interdicti snīa violat. Capitulū. v.

Cum iter vos ex vna parte: ꝛ canonicos sācti petri de curia ex altera / sup eo ꝙ dicti canonici gn̄ale interdictum^h ab ep̄o vr̄o vel a vobis ī ciuitate cenomañ. positū non s̄uabāt: q̄stio v̄tebat: et. ꝭ. ¶ Procurator vero ipoꝝ pposuit ꝙ ipsa ecclesia scti petri a p̄ma fundatiōe libera extitit et exempta: ꝛ de ꝯsuetudīe^i in gn̄ali etiā īterdicto licitū erat eis pulsatis campanis alta voce (īterdictis ꝛ excōicatꝫ exclusis) diuina officia celebrare. ¶ Nos igit cognito ꝙ ex tali ꝯsuetudīe: si qua foret disrūpet neru9 ecclesiastice discipline: ipam de ꝯsensu fratrū nr̄oꝝ duxim9 irritādā.

Idem episcopo helieñ.

¶ In attribuēdis officijs noue dignitati / seruat ꝯsuetudo vicinarū ciuitatū: q si diuersa fuerit: seruabit magis rōnabilis et alij non preiudicās. Capitulum. vj.

Cum oli londoñ. ep̄s nr̄is aurib9 itimasset ꝙ in sua

d ¶ Ad excusandas. xvj. q. j. c. predicator. ꝛ de vsur. cum tu.
e ¶ Consuetudinem. Et male. vnde dixit. M. zamorieñ. Cōposito lato fetenti qso cibate. Qui putat exclusum crimen p tpis vsum: ꝛ hoc veꝝ est vbi cōsuetudo nō est p̄scriptibilis. ꝭ. de symo. nō satis. ꝛ. ꝭ. de eo q dux. in ma. quā pol. p adul. cū haberet. xxxij. q. vij. flagitia. ꝛ non debet esse melior cōditio furis pp̄ter furti cōtinuationē. ff. de fur. īficiādo. §. īfamis.
¶ Glo. se. recitet p qōnē.

Uersus.

f ¶ Ex necessitate. In hoc fuit necessitas: qꝛ cū ciuitas cōstātinopolitana capta eēt a venetꝫ ꝛ alijs latinis: pauci ep̄i et pbr̄i latini erāt ibi q h̄ facerent: ꝛ iō isti sacerdotes h̄ faciebāt: ꝛ greci non crismabāt in fronte: ꝛ in multis alijs discordabāt a romana ecc'ia: a cui9 obediētia se subtraxerāt. ꝭ. de ma. et obedi. īter quattuor. et. ꝭ. de bap. et ei9 effectu licet grecos.
¶ Glo. seq. reci. p obiec.

g ¶ Omittere. Sic enī de corpe xp̄i fieri debet xxiiij. q. j. cepit. † sz ī baptismo qđ est ianuā oīz sacramētoꝝ sec9 est. melius est enī ab heretico illud recipere q̄z sine illo decedere: dū tñ ī forma ecc'ie ꝯferat. xxiiij. q. j. si quem forte. ꝛ. ꝭ. de sum. tri. ꝛ fi. ca. c. j. in fi.

† Dicit Jnno. hoc ca. loq de excōicato et heretico: al's etiam a layco in necessitate sumet eucharistia. Nam vt qdam dicunt pōt qs ipe idē sibi eā assumere xxxij. dis. §. verū. sz illđ loquitur de fornicarijs vl' symoniacis: non de laycis. Jo. and.

Cum inter. ¶ Diuidit ī tres ptes. In prima ponit q̄rela. In secūda exceptio ibi: pcurator. In tertia sententia ibi: nos igitur. ¶ Casus. Canonici sācti petri de curia h̄nt ex p̄uilegio vt tpe interdicti possint celebrare diuina: occasiōe hui9 p̄uilegij tpe īterdicti positi ī ciuitate cenomañ. celebrabāt diuiā pulsatꝫ cāpanis / ꝛ alta voce / ac si nullū eēt īterdictū. Uñ orta est ꝯtētio īter ipos ꝛ canonicos cenomañ. sz canonici scti petri allegabāt ꝙ ecclesia sua libera ꝛ exēpta: ꝛ tpe gn̄alis īterdicti de ꝯsuetudīe celebrabāt diuia pulsatꝫ cāpanis / īterdictꝫ ꝛ excōicatꝫ exclusis. papa cōsiderās ꝙ ex tali ꝯsuetudīe si q foret frāgeret neruus ecc'iastice disciplīe: decernit illā ꝯsuetudinē de cetero nō seruādā. ¶ Nota ꝯsuetudinē nō valere q est ꝯtra statū ꝛ disciplinā ecclesie. Ber.

h ¶ Interdictum. Quod dicatur generale interdictum habetur de verbo. signi. cum in partibus.
¶ Glo. se. dat duas ꝯcor. inducit duo similia. itē exquisite duo alia subiungit. alle. v. iura in contrarium et soluit.

i ¶ De ꝯsuetudine. Nota ꝙ nec p̄scriptio nec ꝯsuetudo ‡ pdest in hoc casu vt hic dicit: ꝛ est si. ꝭ. de elec. cū cām. ꝛ. ꝭ. eo. cū venerabil. nec ꝯ obediētiā. ꝛ. xviij. q. ij. abbatib9. ꝛ. ꝭ. de p̄scrip. cū nō liceat. nec ꝯ pcurationē q rōne visitationis debet. ꝭ. de p̄scrip. cū ex officij. sicut nec valet trāsactio ī h̄ casu ꝛ hmōi spūalib9. ꝭ. de trāsac. p̄terea. nec pmutatio rei spūalis pōt fieri cum tpali. ꝭ. de re. pmu. exhibita. Ar. ꝯ. ꝭ. de p̄uile. cū olim. ij. ꝛ. ꝭ. de capel. mona. dilect9. ꝭ. de cēsi. sopite. ꝛ. ꝭ. de p̄scrip. de q̄rta. ꝛ. c. auditꝫ. nō sunt ꝯria: ibi nō p̄scribit ꝯtra obedientiā: nisi tāto tpe fuissent sub dñio pape vel alteri ecclesie: ꝛ tūc nō dicunt p̄scribere sz potius p̄scribi: ꝛ p̄terea illa de quarta: ꝛ illa auditis: nihil dicūt de audiētia sz in alijs articulis ꝛ casib9 loquunt. Et sic patet ꝙ vbicūq̄z fit aliqd ꝯtra ecclesiasticam disciplinam siue neruū ecclesie non habet locum prescriptio.

‡ Innuit ꝙ aliud sit p̄scriptio. aliud sit cōsuetudo. de hoc. ꝭ. c. vlti. Jo. and.

c ¶ Reseruata. De ꝯsecra. dist. v. man9. ꝛ. c. de his. lxviij. dist. q̄uis corep̄i. Ar. ꝯ. xcv. di. puenit. vbi pbr̄i crismabāt ī frōte. sz illđ ad tēpus Grego. ꝯcessit pp̄t scādalū de spāli īdulgētia: ꝛ isti sacerdotes nihil ꝯferebāt: vt dicit ī fine: qꝛ h̄ ex delegatōe pape nō faciebāt ei: iō p nō dato habet qđ ab alio donat: q de iure donare nō pōt. ꝭ. de iure patro. qđ aūt ꝯsulis. ī fi. ꝛ. j. q. vij. daybertū. ꝛ. C. de legi. nō dubiū. Ar. ꝯ. ꝭ. de sacra. nō ite. pastoralis. Sz ibi collatū fuit sacr̄m ab eo q potuit: sz mādat solūmō suppleri qđ fuerat p̄termissum. Sed nūqd papa posset h̄ delegare sacerdotib9: Uidet ꝙ sic p illđ capitulū. puenit. al's Grego. decepisset eos.

[illegible] Sz si papa phiberet sacerdotē crismare post phibitionē suā nihil cōferret si postea crismaret. Ep̄i v̄o lz ipsi possint crismare: non p̄nt alijs īferiorib9 demādare q h̄ ex officio facere p̄nt: sz alij ep̄i vel archiep̄i p̄nt h̄ facere ī dyoce. alteri9 ep̄i de ipsi9 licētia. Ep̄i enī ea q sunt iurisditiōis: vt puta iudicare / excōicare / ꝛ silia cōmittere p̄nt alijs etiā nō habētib9 iurisditionē: ea v̄o q sunt ordinis ep̄alis auctoritatꝫ nō p̄nt demādare aut etiā delegare alijs q sunt īferioris grad9. ꝭ. de ꝯse. ec. vel alta. aq̄. arg. hui9 decre. videt ꝙ papa nō possit h̄ delegare simplici sacerdoti: sz papa nō subijcitur legib9. ff. de legi. princeps. ix. q. iij. cuncta. vnde potest cōmittere simplici sacerdoti: vt in dicto. c. peruenit.

Ep̄i qdā cōmittere nō p̄nt p̄sonis grad9 īferioris.

Cum olim. ¶ Diuidit ī duas ptes. In p̄ma ponit ꝯsultatio. In scđa ibi: quo circa rn̄sio. ¶ Casus. Ep̄s londoneñ. petijt a dño papa licētiā vt posset ī terrā suā ꝯstituere p̄centorē. papa sibi petitā licētiā ꝯcessit dūmō in ꝯferēdis sibi redditib9 nulli faceret p̄iudiciū ita ꝙ p̄cētor ille in sessionib9 pcessiōib9 ꝛ alijs illā haberet dignitatē in illa ecc'ia lōdonieñ. quā h̄nt alij p̄cētores ī alijs ecclesijs anglicanis et sic ep̄s constituit p̄cētorē. p̄cētor ille taliter institut9 occasione lr̄aꝝ dñi pape qdā in p̄iudiciū aliaꝝ dignitatū

Diuisio.

eccl'ia ꝓposuerat statuere[a] ꝑcentorē: nos eiꝰ ꝑcibꝰ īclinati ei licētiā ꝯcessimus[b] ꝑcētorē hmōi ordinādi: dūmō ī ꝯferēdis sibi redditibꝰ nulli īferret ꝑiudiciū[c]. statuētes vt precentor taliter institutus in sessiōibus[d]: ꝓcessiōibꝰ ⁊ alijs illā haberet ī lōdoñ. ecclesia dignitatē quā hñt alij ꝑcētores in alijs eccl'ijs āglicanis: ⁊c̄. ¶ Quocirca mādamꝰ quatenꝰ si ꝑm diuersas ꝯsuetudines locoꝝ diuersas hr̄e noueris ꝑcentores in anglicanis[e] ecclesijs dignitates: iā dictū ꝑcētorē illam[f] haberefacias in lōdoñ. ecclesia dignitatē: eaq3 manere contētum quā (rōnabilibus ⁊ approbatis consuetudinibus eccl'ie saluis) sine[g] ꝑiudicio alieno poterit obtīere.

Idē ꝓuētu corbieñ. monasterij.

Nō pōt īduci ex ꝯsuetudīe vt q̇s possit dimittere dignitatē sine supioris licētia: vł vt possit electꝰ admīstrare nō habita ꝯfirmatiōe a supiore. Capl'm. vij

Cum venerabilis frat nr̄ eps hostieñ. ⁊ L. sctē crucis pbr̄ cardi. ī ptibꝰ alemanie legatiōis officio fūgerēt: īuenerūt abbatē de mōasterio bermioñ. qd̄ ad ro. ec. noscit ptinere nullo mediāte/ ad mōasteriū corbieñ. qd̄ est etiā ro. eccle. spāle: temeritate ꝓpria migrasse[h]: licētia illud deserēdi: vł ꝯfirmatiōe a nobis vł ab ipis q̇ vices nr̄as ī illis partibꝰ tunc gerebant: nec habita nec petita: ⁊c̄. ¶ Postmodum aūt nūcij eiꝰ ad defensionē ipiꝰ gñalē illiꝰ terre ꝯsuetudinem[i] allegarūt. ¶ Cū igit hec non tā ꝯsuetudo[k] q̄3 corruptela merito sit cēsenda q̄ ꝓfecto sacris est canonibꝰ inimica: ipa3 mādamꝰ de cetero nō ꝯuari.

Idem decano sales herbieñ. archidya. et magistro. P. penetel. cano. pisano.

De ꝯsuetudīe pt īduci q̄ vna eccl'ia de gremio alteriꝰ teneat sibi ꝑlatū eligere. Et ꝯsuetudo est optia legū iterp̄s. Ca. viij

Cum dilectꝰ[l] filiꝰ Gu. andreñ. eccl'ie monachꝰ: q̇ ꝓ clerico

---

nitebāt vsurpare. Unde aliq̇ ꝑsonatū habētes in ecclesia londoñ. cōquesti sunt dño pape. papa mandat epo helieñ. quatenus ꝑm diuersas ꝯsuetudines locoꝝ ꝑcentores alij diuersas habēt dignitates in ecclesijs anglicanis facit illū ꝑcētorē ꝯtētū esse illa dignitate quā pōt habere sine ꝑiudicio alioꝝ saluis rōnabilibꝰ ⁊ approbatis ꝯsuetudinibꝰ ecclesie lōdoñ. ¶ Nota q̄ noua dignitas sine licentia dñi pape cōstitui nō debet. Itē in dignitatibus diuersa pōt esse cōsuetudo in eadem ꝓuincia. Itē ꝑiudiciū aliarum dignitatū noua dignitas ꝯstitui nō debet. Item ꝯsuetudines approbate ipsiꝰ ecclesie nihilominus remanēt in sua firmitate. Ber.

a ¶ Statuere. Et sic onerosam dignitatē potest eps remouere de ecclesia sua cū suis canonicis: dū tamen ꝯfirmatio pape accedat. ꝟ. de ꝯsti. cū accessissent.

¶ Glo. seq. in prin. ⁊ in fi. tractat an noua dignitas creari possit sine pape licentia ⁊c̄. in medio signat ꝯtraria ⁊ soluit.

b ¶ Concessimꝰ. Per hoc videtur q̄ noua dignitas in ecclesia cōstitui nō potest sine licētia pape. xxij. dis. c. j. ⁊ C. de of. ꝑfe. ꝑto. aphri. l. quas gr̄as. §. optamus. ergo vt oēs iudices ꝑm volūtatem ⁊ timorē dei ⁊ nostrā electionē ⁊ ordinationē ⁊c̄. et hoc ideo: qꝛ si vna dignitas ꝯstituit oportet q̄ alia minuatur. arg. xcix. dist. nullus. ⁊ c. seq. sed hoc nō est verū. argu. ī. de eccle. edi. ad audientiā. ij. et. xij. q. ij. bone rei. et. ff. de ope. publi. opus. † Item datur priuilegium dignitati: sed non est contra illud ī. de eccle. edi. ad audientiam. ij. et. ꝟ. de rescrip. c. vlti. sicut nec seruitus datur predio quod nōdū est. ff. cōia predi. l. j. Arg. ꝯtra. ff. de ser. rust. pre. labeo. et. ff. de ser. vr. pre. si seruitus. §. futuro. Sed non ꝓcedunt ista: qꝛ nō datur priuilegiū dignitati que nōdū est: sed dat papa auctoritatem cōstituēdi dignitatē ecclesie londoñ. Inno. iiij. dixit in apparatu suo q̄ eps cū ca. suo potest nouā dignitatē ꝯstituere. cōtrariū credo.

Dignitas noua an possit in eccl'a creari sine papa.

† Priuatꝰ etiā sine ꝑncipis aucte facit nouū opꝰ: nisi id fiat ad emulationē alterius ciuitatis. vel seditiōis materiā c ꝓbeat. Jo. and.

c ¶ Preiudicium. Intelligas enorme: qꝛ ꝓ modico non dimitteret. ar. xij. q. ij. bene rei. ⁊ ī. de dona. c. apl'ice. sed melius vt sonat littera: qꝛ ille concordātie intelligunt de rebus episcopalibus: et hic ipse episcopus modicū dānū potest pati vt aliq̇d cōferat dignitati alij nōn cōpelluntur dare de suo: nisi iusta causa interueniret cōstituendi illam dignitatem.

d ¶ In sessionibus. Hoc ideo dicit: qꝛ ꝑm dignitatē suā honorandus est aliq̇s in sede ī. de ma. ⁊ obe. statuimꝰ. xvij. di. c. vl. ⁊ ī subscriptiōibꝰ. ff. de al. scri. l. j. ⁊ vl. vt in sentētijs ferēdis. ff. de decu. spurij. ⁊ in alijs suffragijs. ar. xxv. dist. ꝑlectis. Additio. Ubi cessantibꝰ ꝑuilegijs in sentētijs ferēdis potior est illius causa q̄ eodē tēpore pluribus suffragijs in decurionatu decoratus est. Jo. an.

e ¶ In anglicanis ecclesijs. Hoc est cū eadē cōsuetudo in alijs erat ecclesijs anglicanis illa seruaret. ar. ī. de elec. cum ecclesia. Si vero diuerse essent ꝯsuetudines cōsuetudo metropolitane ecclesie seruāda est. xij. dist. de his. Uel qd̄ verius est q̄ melius seruari posset sine ꝑiudicio alioꝝ vt dicit. in fi. ar. xij. dist. nouit.

f ¶ Illam. Sed videt q̄ minorē ex quo ita indistincte dicit. ar. ff. de leg. iij. nūmis. ī. de censi. ex parte. immo videt de mediocri. ff. de edil. edic. sciendum. §. illud. ⁊ l. precedenti. in fi.

¶ Glo. se. elicit tria argumenta. ad primum inducit tria iura. ad secundum. v. ad tertium tria.

g ¶ Sine preiudicio alieno. Ar. q̄ licet priuilegij v̄ba generalit loquant: nō tñ sunt īterꝑtāda in ꝑiudiciū alioꝝ. ī. de trāsla. l3. in fi. ⁊ ī. de of. or. l3. ⁊ ī. de auc. ⁊ vsu pal. ex tuaꝝ. Itē ar. q̄ in dubio recurrit ad ꝯsuetudinē vicinaꝝ eccl'iaꝝ ‡ ī. de cog. spi. sup eo. ⁊ ī. de cēsi. sup eo. vbi de hoc dicit expsse. ff. de fun. instru. l. cum delanionis. §. asinā molēdinariā. in fi. ff. de re iudi. semp in stipulationibꝰ. ⁊ ij. di. nouit. Item arg. q̄ in obscuris semper interpretatio ita debet fieri vt nulli sit captiosa. ff. de regu. iur. quotiens. et ī. eo. cum dilectꝰ. ar. iiij. dist. erit autē lex.

‡ Dixit Jo. An. ī. c. vlti. q̄ primo recurritur ad ius cōe. Secūdo ad ꝯsuetudinē gñalem vel spālē illiꝰ loci. Tertio ad cōsuetudinem vicinorū locorū si est vniformis. ī. de cē. eccl'ijs. al's seq̄mur consuetudine3 illius loci q̄ minꝰ nocet vt hic. ⁊ ī. de cēsi. ex pte. oībꝰ deficiētibꝰ locū h3 xx. dis. de q̄bus. Jo. an.

Cum venerabilis. ¶ Nōn valet ꝯsuetudo ꝑ quā ꝑlatꝰ sine supioris licētia pōt dimittere ꝑlaturā: etiā si vellet transire ad aliā dignitatem. h. d. Jo. an. Diuidit qꝛ in ꝑma ponit temeraria trāslatio. In scd̄a trāslati excusatio ibi: postmodū. In tertia excusationis reprobatio ibi: cū igit. ¶ Casus. Eps Hostieñ. ⁊ L. sctē crucis ꝑsbyter cardinalis erāt legati in alemania. īuenerūt isti q̄ q̇dā abbas monasterij quod ad ro. eccle. pertinet nullo medio trāsiuerat ad monasteriū corbieñ. qd̄ est similiter sedi apl'ice speciale sine licentia pape vel eiꝰ legati: nec petita nec habita ꝯfirmatiōe abbas in sui defensione allegabat gñalem ꝯsuetudinē illius terre. cōsultꝰ papa r̄ndet q̄ talis ꝯsuetudo īimica canonibꝰ corruptela potiꝰ dici debet. et ideo papa mandat eādē de cetero nō seruari. ¶ Nota ꝯsuetudo ꝯtra canones obtēta non valet. Itē nullus sine licentia sui ꝑlati debet ecclesiam suam dimittere: vel aliam accipere. Ber.

¶ Glosa sequens obijcit ⁊ soluit.

h ¶ Migrasse. Sicut abbas subiectꝰ epo non debet sine licentia episcopi renūciare. xviij. q. ij. abbas. nec etiam alij clerici. vt ī. de renū. admonet. sic abbas subiectus tm̄ pape renūciare nō pōt sine ipius licentia etiā si sit īsufficiēs. ī. de renū. c. vl. grego. Sed videt q̄ eēt vtraq3 ꝑuādus. vij. q. j. si q̇s eps. ⁊ ī. de transla. q̄3to. Utrū toleratus fuerit vel repulsus ab vtraq3 hic nō dicit: sed forte ꝓpter illā cōsuetudinem fuit toleratus. si. ī. de elec. qd̄ sicut. §. sup eo.

i ¶ Consuetudinem. Que forte fuit q̄ statim cū sint electi sine aliqua ꝯfirmatiōe administrāt ⁊ renūciāt et trāseunt ad alias dignitates sine licentia pape: qd̄ esse non debet. ī. de elec. qualiter. et. ī. de renū. c. vl. ex gñali tamē dispēsatione ꝑlati q̇ subsunt tm̄ dño pape nullo medio statim postq̄3 sunt in cōcordia electi administrant qui sunt valde remoti. ī. de elec. nihil est. Nō q̄re hoc fiat reddit. sc3 ne ecclesia interim patiat tā in tpalibꝰ q̄3 in spūalibꝰ lesionē.

k ¶ Consuetudo. Al's tamen ꝯsuetudo attēdit in electiōibꝰ. argu. xij. di. nos ꝯsuetudinē. ⁊ ī. de cle. ꝯiuga. cū olim. ⁊ ī. de causa pos. et ꝓprie. cū ecclesia. ⁊ xiiij. q. j. pudēda. ⁊ ff. de decu. non tantū.

Cum dilectus. ¶ Diuidit in duas partes ꝑncipales. Prima narrat duplicē q̄stionē electiōis cū priū allegatiōibꝰ. Secūda ibi: qꝛ nobis. vnā diffinit ⁊ alterā diffiniēdam cōmittit. Ab. sic. Diuisio.

¶ Casus. Uacāte monasterio andreñ. electꝰ fuit q̇dā monachus eiusdē monasterij Uuil. noīe in abbatē: monachi karofeñ. mōasterij huic electiōi se opponētes: dicebant electionē abbatis andreñ. cenobij de suo monasterio faciendā. ꝓpter qd̄ q̄stio tā sup electione ꝑdicta: q̄3 iure eligēdi abbatē delata est ad sedem apo. In ꝑsentia pape opponebat dictꝰ dñs. U. monachus q̄ tam de iure cōi q̄3 de ꝑuilegio speciali ad capl'm andreñ. monasterij ptinebat electio. vnde petebat electionē de se factā cōfirmari. ꝓcurator monasterij karofereñ. ꝓposuit ex aduerso q̄ olim ad petitionē patronorū monasterij andreñ. fuit a dyoce. episcopo ꝯstitutū / vt si locꝰ ipe ītātū cresceret vt abbas ꝯstitueret ibidē electio ipiꝰ abbatis penes fratres eiusdem loci ⁊ capl'm karofereñ. pēderet: ⁊ obtētu huiꝰ statuti sic fuit lōgis tpibꝰ obseruatū: ita q̄ monasterio andreñ. vacañ. monachi eiusdē loci de gremio karofereñ. monasterij sibi eligebāt aliquē in abbatē. vnde cū electio ipa fuerit ꝯtra ꝑdictū statutū ⁊ consuetudinē q̄ est optima legū interpres celebrata merito cassari debeat ⁊ mādari fratribꝰ ādreñ. vt de cetero sibi eligāt abbatē de monasterio karofereñ. Insup allegauit q̄ electio ipa facta erat de suspēso ⁊ a suspēsis. ⁊ ideo electio nō tenebat. dñs papa auditis hinc inde ꝓpositis. qꝛ ei ꝯstitit q̄ electio facta fuit de suspēso/ ⁊ a suspensis eā cassauit iusticia exigēte. i. cassam ⁊ irritā nūciauit. verūtñ qꝛ ꝑdictū statutū ita posset intelligi q̄ ꝑ illud nō derogēt iuri cōi: nec ꝑuilegio hoc mō vt electio ptineat ad capl'm andreñ. ⁊ cōfirmatio ad capl'm karofereñ. Mādat papa q̇busdā q̄ si mōachi karofereñ. talē ꝯsuetudinē ꝓbauerit ꝑ quā iuri cōi ꝑiudicet. videl3 vt monachi andreñ. elegerint sibi abbatē de monasterio karofereñ. ꝑm illā

eiusdē[a] eccl'ie se gerebat. ⁊ G. ꝓcurator mōasterij karofen̄. sup iure eligēdi abbatē in ādren̄. mōasterio: et eiusdē electiōe ī nr̄a p̄n̄tia ad iuicē litigarēt: idē Gu. electionē suā a frībꝰ ādren̄. eccl'ie ꝯcorditer celebratā aucte ap̄lica petijt ꝯfirmari: asserens tā de iure[b] cōi q̄ ꝑuilegio sp̄āli: eis ab Alex. papa ꝯcesso: ⁊ a nobis postmodum ꝯfirmato: liberā eligendi[c] auctē ad eosdē fr̄es tm̄modo ꝑtinere: ⁊ .j. ¶ Dictꝰ vero ꝓcurator ꝓposuit ex aduerso: q̄ cū olim ad petitionē patronoꝝ ecclesie / amorien̄. ep̄o fuerit ꝯstitutū[d]: q̄ si prefatus locus diuio munere adeo pullularet: vt p̄or aut abbas cōstitueret ibidem: electio[e] eius penes fratres eiusdē loci: et cap̄l'm karofen̄. penderet: ⁊ obtentu huiusmodi statuti sic fuerit lōge retroactis tp̄ibꝰ obseruatū: vt monasterio andren̄. vacāte andren̄. fr̄es in karofen̄. cap̄l'o aliquē de gremio monasterij karofen̄. sibi eligerēt in abbatē: electio p̄dicti Gu. tā ꝯ statuti tenorē: q̄ etiā ꝯ cōsuetudinē approbatā (q̄ optima ē legū īterp̄s[f]) minꝰ canonice attentata: merito cassari debebat: ⁊ .j. ¶ Qr nobis ꝯstitit electionē ip̄aꝝ a suspēsis[g] ⁊ de suspēso etiā celebratā: eā iusticia cassauimus[h] exigente. Ceterū cū supradictū statutū ita sane posset itelligi: q̄ ꝑ illō nec iuri[i] cōi nec priuilegio derogetur: vt videlicet ad sepedictos fr̄es electio spectet abbatis: ⁊ ad karofen̄. capitulū ꝯfirmatio. Mādamꝰ q̄tenꝰ si ex ꝑte karofen̄. cenobij talis fuerit ꝯsuetudo ꝓbata / q̄ iuri cōi p̄iudicet[k]: in hac ꝑte vos s̄m illā decernatis electionē andren̄. abbatis de cetero faciēdam. alioquin

consuetudinē debeāt iudicare electionē monasterij andren̄. de cetero faciendā. q̄ si talē ꝯsuetudinē nō ꝓbauerint / adiudicēt monachis andren̄. ius eligendi abbatē vt liberā habeāt potestatem. vel de gremio sui monasterij vel aliūde eligēdi sibi abbatē presentando ipsum karoferen̄. cap̄l'o: vt si fuerit canōica electio p cap̄l'm karoferen̄. cōfirmetur. ¶ Nota q̄ electio facta de suspenso nō valet. ⁊ intellige de suspēsione hois ⁊ nō canonis. Item cōsuetudo interp̄tatur legē siue statutū episcopi vt ꝑ ip̄am ꝯsuetudinē declaratur statutū qd poterat dubiū eē. Itē q̄ diu ius cōmune seruari potest non debet recedi ab ip̄o. Itē cōsuetudo prescripta preiudicat iuri cōi. vt de ecclesia aliena tātū eligāt qd est cōtra ius cōmune. Item ꝑ statutū predictū p̄iudicatur episcopo dyocesano: et nō capitulo andren̄. cessante ꝯsuetudine. qr ep̄s de iure cōmuni ip̄am electionem deberet cōfirmare. Ber.

Cum dilectꝰ filiꝰ Guillelmꝰ. Cū ageret guil. iste sup iur̄ eligēdi abbatē hēbat mandatū a cap̄l'o et va. ec. s3 q̄tū ad petēdā ꝯfirmationē electiōis sue agebat ex persona sua iure suo sibi acq̄sito p electōez. sic .j. de in ītē. rest. c. ij. ī no. ⁊ sic vr̄ vbi de hoc. B.

a Eiusdē. s. hn̄s mādatū a mōasterio. vt posset agere ꝓ electiōe.

b De iure. xviij. q. ij. abbatē. ⁊ .j. co. abbatē. ⁊ c. q̄ sit. ⁊ xvj. q. vl. c. vl. .j. de cau. pos. ⁊ ꝓprie. cum ecclesia.

c Eligēdi. Lex dicit q̄ mōachi debēt iurare eligere abbatē: quē sciūt fide rectū: vita castū: ⁊ q̄ monasterio valeat vtilit̄ ꝓuidere. in aut. de san. epi. § iubemꝰ igit̄ abbatē. col. ix. qd hodie non seruatur. s3 s̄m formā illius ꝯstitutiōis .j. de elec. qr ꝓpter eligere debent.

¶ Glosa sequēs querēdo tractat an clericis īuitis possit ep̄s statuere q̄ eligant aliūde: ponit solutionē quā in fine determinat.

d Constitutū. L3 ep̄s possit subijcere vnā ecclesiā alteri. vt .j. de exces. p̄la. sicut vnire. nō tn̄ credo q̄ possit statuere q̄ vna eccl'ia eligat de alia: clericis īuitis: qr h̄ eēt ꝯ ius cōe. † vt. xvij. q. vlti. c. vl. ⁊ xviij. q. ij. abbatē. ⁊ .j. de iure pa. nobis. qr pacto p̄uatoꝝ: ius publicū nō tollitur .j. de fo. cōpe. si diligēti .j. de testa. req̄siti. Nec aliq̄s ius publicū remittere pōt aliq̄bꝰ cautiōibꝰ: nec mutare formā antiq̄tꝰ ꝯstitutā. ff. de admi. tu. q̄dā decedēs. ⁊ iō papa postea interp̄tatur statutū. tn̄ ius istō p̄scribi pōt: vt q̄s teneatur eligere de certo loco: vt h̄ p3. ⁊ .j. de h̄. sig. abbate. ⁊ sic p3 q̄ minꝰ iustꝰ titulꝰ dat cām p̄scribendi. ⁊ .j. de emp. ⁊ vē. ꝓuenit. ff. ꝓ emp. qd vulgo. ff. ꝓ leg. l. ꝓ legato. ⁊ l. vl. ⁊ vere videtur iniustus qr ep̄s nō pōt tollere ius vniꝰ eccl'ie: ⁊ dare alteri .j. de re. ec. nō ali. c. j. s3 ex tali titulo potuit bona fide monasteriū karofen̄. p̄scribere vt alij monachi eligerent de monasterio karofen̄. ⁊ ep̄s solūmō cōcessit monasterio karofen̄. qd suū erat sc3 ꝯfirmationē electiōis: ⁊ ita cessante p̄scriptiōe solā ꝯfirmationem hn̄t: vt ꝓbatur ꝑ iterp̄tationē pape. vt .j. p3. Satis tn̄ credo q̄ in ipsa fundatiōe possit ep̄s cū cap̄l'o ꝯstituere de volūtate patroni q̄ illa eccl'ia esset alteri subiecta: ⁊ q̄ clerici instituēdi semp eligerent sibi prelatū de maiori ecclesia: ⁊ qd dicit supra q̄ ep̄s non pōt facere q̄ vna eccl'ia eligat sibi p̄latum de eccl'ia alia: hoc itellige qn̄ ecclesie sunt iam institute ⁊ dotate: ⁊ ab inuicem distincte et separate: quia illud esset contra ius cōmune .j. de exces. prela. ad hec.

† Est simile qr iura ecclesie vacātis nō hn̄tis defēsorem: alienari nō p̄nt: ip̄sa tn̄ eccl'ia vniri vel donari pōt. ꝓ primū p3 de re. ec. nō alie. ducdū. li. vj. secūdū in cle. eo. ti. si vna eccl'ia. ⁊ fac qd dicetur .j. de trāsla. ca. si. sup glo. pe. Jo. and.

e Electio. Hic sumitur electio equoce ꝓ ꝯfirmatiōe ⁊ ꝓ electione. vt .j. p3. ⁊ h̄ veꝝ est si ꝯsuetudo nō ꝓbetur: sed si ꝓbetur ꝓprie tenetur. B.

f Interp̄s. ff. de le. ⁊ cō. p̄n. si de iterp̄tatiōe. ⁊ .j. de sepul. certificari. ⁊ tacito ꝯsensu ꝑ desuetudinē lex abrogatur. ff. de legi. in q̄bꝰ. in fi.

¶ Glo. se. p̄mo ponit q̄ttuor q̄ non potest suspensus. scd̄o q̄rit. ponit duas opi. questionē declarat: ⁊ secūdā opi. approbat.

g A suspēsis. Suspēsꝰ eni nō p̄t eligere nec eligi. vt h̄. ⁊ .j. de elec. cū iter. N. seniorē. ⁊ .j. de eta. ⁊ q̄li. cū bone. ⁊ .j. de cle. ex. mi. postulasti. nec postulari pōt q̄ nō seruauit iterdictū .j. ti. p̄xi. c. j. ī fi. nec bn̄ficia ꝯferre .j. de ꝯces. p̄bē. qr diuersitatē. Sed nōne iudicare ⁊ p̄bendas dare est iurisditionis: vtiq3 .j. de elec. nosti. ⁊ excōmunicare .j. de elec. trāsmissam. Nunq̄d suspēsus pōt hmōi iurisdictionē exercere: Dicūt q̄dā q̄ episcopꝰ suspēsus pōt excōicare ⁊ p̄bendas dare: ⁊ r̄ndent illi decre. qr diuersitatem. q̄ ille episcopus erat ab officio suspensus ⁊ iurisdictione. Sed dicunt q̄ canonicꝰ suspēsus eligere nō potest: qr cū sit suspēsus nihil officij † retinet: secꝰ est ī p̄lato. S3 ꝯ istos est. xxiiij. q. j. audiuimus. Alij dicūt et melius: q̄ ep̄s suspēsus nō pōt excōicare nec iterdicere: nec dare p̄bēdas .j. de exces. prela. c. vlti. arg. q̄uis hoc potuerit post cōfirmationē licet adhuc nō sit cōsecratꝰ. Nō illa videtur: qr plus aufert ei suspēsio q̄ contulerit cōsecratio vt dici consueuit: plus tollit negatio q̄ ponit affirmatio. nā electꝰ et cōfirmatꝰ multa pōt ex his q̄ ꝑtinēt ad officiū ep̄ale q̄ ꝑdit ꝑ suspensionē: qr cōsecratio nō multū addit .j. de transla. inter corporalia. Et est sil'e sicut maritꝰ post m̄rimoniū ꝯsummatū non pōt intrare religionē: s3 ante pōt .j. de ꝯuersi. coniuga. ex publico. sic ep̄us cōfirmatꝰ nō pōt aliq̄ q̄ tn̄ pōt cōsecratꝰ. Sic vides in alio sil'e: ep̄us in archiep̄m electꝰ nō pōt ante receptionē pallij tā q̄ archiep̄s clericos ordinare s3 tn̄ pōt ante q̄ sit electꝰ in archiep̄z: qr hoc nō facit vt ep̄us sed vt archiep̄s .j. de elē. q̄ sicut. § p̄terea. Preterea beneficium concedere et etiā habere posse competit ratione ordinis: ⁊ est eius accessorium. j. q. iij. si quis obiecerit: et cui interdicitur vnum et reliquū. lxxxj. dist. si quis sacerdotum. et c. eos qui. Preterea de hac suspēsione fuit obiectum et probatum ex eo q̄ dicit qr nobis constitit ⁊c. et licet obiectum a partibus non fuerit / iudex tamen qui debet electionem confirmare ex officio suo debet inquirere de huiusmodi .j. de elec. nihil est. Et hec que dicuntur hic de his suspensis intelliguntur de suspensis ab homine et etiā a canone. Si vero aliquis esset suspensus a canone: puta participādo ex cōmunitatis ille talis bene potest eligere ⁊ alia facere que sunt iurisdictionis: sed eligi scienter nō potest. hec probantur .j. de cle. excōi. ministrā. si celebrat. qr mitiꝰ agitur cum lege q̄ cum ministro legis. ff. de arbitris celsus. Satis potest dici q̄ suspensus posset excōmunicare: qr potest absoluere excōicatum. s. de rescrip. ab excōicato .j. de senten. excōica. sacro. et ca. duobus. et qui potest absoluere pōt ligare ⁊ econtra. cum nō sit priuatus a cōione fidelium quare non possit priuare alium: ⁊ hoc dico de eo qui non est suspensus a iurisditione vt suspensus a canone sola participatione. Johā. et Lau. hoc concedunt. q̄ suspensus ab officio tm̄ pōt excōicare et prebendas dare: ⁊ intelligunt illam decre. quia diuersitatē cū erat suspensus ab officio et iurisditione. Ego autē non credo q̄ suspensus ab homine possit dare prebendas vt hic dicitur. licet Lau. et Johan. concedant q̄ possit excōmunicare et prebēdas dare. Arg. contra posset induci predic. decre. si celebrat. que tamen intelligitur de excōmunicatione minori: melior eni est opinio scd̄a: qr sicut excōmunicatus alium excōicare nō potest. xxiiij. q. j. audiuimus: ita eadem ratione nec suspensus ab homine aliū pōt suspendere .j. de exces. prela. ca. vlti. P. Additio. Et hoc propter mixturā officij ⁊ iurisditiōis. i. quā habet spiritualis iurisditio ad officium. i. ordinem ⁊ ipsius executionem. Johannes and. in nouella.

Suspensꝰ ep̄s an possit p̄bēdas dar̄: excōicare ⁊c.

† Quasi velit innuere q̄ eligere ꝯpetit rōne officij nō rōne bn̄ficij qd credit Pe. d sam: ex eo q̄ suspēsus a bn̄ficio qr eligit sciēter indignū ꝑ triēniū: si infra illud tp̄s occurrit alia electio faciēda eligere poterit .j. de elec. cū vintoniensis. Jo. and.

Suspēsus a canone bn̄ pōt eligere.

h Cassauimꝰ. Id ē cassam nūciauimꝰ .j. vt lite nō ꝯte. accedēs.

q ❡ Ex successione. Tres successiōes continue vident̃ ius successionis inducere: immo due: qr bin⁹ actus inducit cōsuetudinē.ar.xxv.q.ij.ita nos.⁊.C.de ep̄ali audiētia.nemo.

[margin: Cōsuetudo bino actu inducitur.]

r ❡ De domo. Immo de alia tribu eligi deb;. viij.q.j.moyses.

[margin: † al.cū dilectus.]

¶ Glo.se.textū fortificat scd̄o arguit.al.iiij.iura.

s ❡ Obseruari. Etia; si ei iā coronato iurasset post reprobationē legitimā ei nō teneret̃ ī aliqua rōne iuramēti.xv.q.vj.ali⁹.et.j.de trāsla.q̄to.circa fi. Itē ar.ꝙ destructo p̄ncipali et accessorium.s̃.e.qualiter. C.de vsur.l.eos.et. C. depositi.si deposita pecunia.⁊.ff.de rei ven.l.ex diuersa.⁊ de no.ope.nun.c.ij.

Coram. ¶ In p̄ma ponit̃ decisa narratio. In scd̄a ꝓuisio ibi. Si vo. Et pone casum. Qr celebratis duab⁹ electiōib⁹ in discordia: papa cōmisit illas decidēdas ꝓut de iure fuerit: et si ꝯtingeret vtrāq̄ cassari: papa mādauit electionē celebrari de nouo: ꝓut habet̃ ī lr̃a. Ab.si.vl' sic. ❡ Casus. In q̄dā eccl'ia due electōes fuerūt celebrate: cā sup his electionib⁹ fuit delata ad se.apo.sed qr nō potuit cōstare dn̄o pape de meritis illaꝝ electionū/ mādat quibusdā vt si electio vtriusq̄ ꝑtis cassata fuerit vocatis frib⁹ q̄ sunt ī ꝓuicia qđ maiori ⁊ saniori ꝑti illorū placuerit: faciant ꝑ censurā eccl'asticā firmit̃ obs̄uari ¶ Nō ꝙ vbi electio dēat celebrari: ibi oēs canonici de eccl'a q̄ sunt ī ꝓuicia sūt vocādi. Itē q̄ sunt ī ꝓuicia dicunt̃ p̄ntes. Itē iuiolabil'r obs̄uari d; qđ fit a maiori et saniori ꝑte

[margin: Diuisio.]

¶ Glo.seq.notat illos/ ⁊ solos vocādos ⁊c̃.remittit ⁊ determinat.

t ❡ In ꝓuicia. hic vr̄ exp̄ssū: ꝙ oēs illi ⁊ soli q̄ sūt ī ꝓuicia vocādi

eoꝝ sup p̄dictis videritis cōplacere: per cen. eccle. faciatis firmiter obseruari. Idem parmeñ. epō et eius coniudicibus.

¶ Cassaẗ electio pt̄s maioris facta ɔtēpta minori pte: etiā si est vn⁹ sol⁹: nō tñ ius eligēdi deuoluiẗ ad minorē. h. d. ſm intellectū cōmunem. Capitulū. xxxvj.

ij. Bone memorie. S. cremoneñ. epō i extremis agēte: cū de cōualescētia desperareẗ ipsi⁹: cremoneñ. capl'm. H. canonicū suū regij disciplinis scholasticis insistēte: ad certū terminū in vigilia pēthecostes p futuri electione pōtificis citari fecerūt. et ī. ¶ Cōstituto aūt dicto. H. pro sua electiōe ⁊ dilecto. f. n. J. p electione archipbr̄i corā nobis: electionē ab ipso. H. post electionē archipbr̄i nō cassatam: lȝ de viro multe lr̄ature: honeste vite: ⁊ clare fame: nō tñ sine multa temeritate p̄sumptā: cū de p̄ori nr̄m deberet expectare[a] iudiciū: anq̄ꝫ pcederet ad scd̄am: duximus irritandā: in penā iterdicentes eidē ɔtradictiōis vocē: in p̄mo ɔsensu capl'o pmanente. ¶ Electionē aūt archipbr̄i (q̄uis laudabile testimoniū phibeaẗ de ipso) iusticia exigēte cassauim⁹: tū qꝛ corpore dicti epi nōdum tradito sepulture/ habuerūt de ipa electione tractatū[b] ɔtra canonicas sanctiōes: tū qꝛ inuent⁹ est. H. fuisse ɔtēptus: lȝ vn⁹ solus extiterit cū pl⁹ in talib⁹ cōsueuerit contēptus vni⁹ obesse q̄ꝫ multoꝝ[c] contradictio in p̄senti. Nec p̄dicta[d] debet dici citatio valuisse: qꝛ cū epi mortē preuenerint: temeraria nimis extitit: ⁊ ideo non potuit arcere† citatum. Idem.

¶ Nō monach⁹ i platū regularem eligi nō pōt. Cap. xxxvij.

Cum ad nostram noticiā peruenisset q̄ H. qui se p abbate lexouieñ. gerebat: non fuit ante monachus[e] q̄ꝫ electus. ¶ Nos attendētes q̄ contra regulares traditiōes illud fuerat attentatū: cum nullam spem[f]

Absētes a q̄ꝫ remoto loco sunt vocādi ad electionē.

sunt ad electionē. ⁊ p hoc videẗ sic intelligendū si sunt in puincia ī. e. qꝛ. ppter. De hac materia no. vij. q. j. fact⁹ est. et qđ dicit in puīcia sic est intelligendū si sunt in puincia ita ppinq̄ q̄ cōmode sint vocādi: qꝛ si puincia esset multū lata ⁊ lōga: nō debēt vocari: quia periculū est in mora. s̄. e. cū inter vniuersas. ⁊ eodē modo si esset extra puinciā et ppinqu⁹ tūc vocādus esset. ī. e. c. pxi. vbi fuit vocat⁹ q̄ ex puinciā erat. regiū enī et cremona diuersarum sunt puinciarū. Et ita nec dico vocādos oēs de puincia: nisi q̄ cōmode possunt vocari: nisi cōsuetudo sit q̄ oēs vocenẗ. ī. eo. i genesi. nec dico q̄ tm̄ de puīcia sunt vocādi p capl'm sequēs In talib⁹ enī vocationibus poti⁹ staẗ ɔsuetudini vt absentes vocētur iuxta ɔsuetudinē vniuscuiusq̄ꝫ eccl'ie: ⁊ hic consuetudo erat q̄ oēs de puincia vocarenẗ. vt est ī. eo. i genesi. Additio. Et licet quidā (vt Pe. de sam. q̄ hoc no. ī. eo. cu mana. ⁊ Egi.) dixerunt nō valere ɔsuetudinē q̄ absētes nō vocenẗ/ lȝ valeat d q̄ꝫ remoto loco vocētur. tu dic ɔ̄ vt dixi. ī. de p̄ben. cū in ecclesijs. li. vj. in glo. pe. Jo. and.

Diuisio.

Bone memorie. ¶ In prima poniẗ decisa facti narratō. In scd̄a diffinitio, ibi: constituto. In qua duo facit. primo cassat electionē secūdā exprimēs: quare. scd̄o ibi electionē. cassat etiā primam exprimēs q̄re. ⁊ ponēs antipophorā. Ab. si. ¶ Casus. Epo cremoneñ. in extremis agēte cum desperareẗ de vita ipsi⁹ capl'm ipsi⁹ ecclesie citauit quēdā canonicū suū in ciuitate regia i studio cōmorātē vt ad certum terminum veniret pro electione futuri pastoris faciēda: dicto canonico nō veniēte ad terminū sibi prefixū ⁊ epo elapso termino viā vniuerse carnis igresso anteq̄ꝫ corp⁹ sepulture traderẗ absente p̄dicto canonico capl'm cōtulit ptātē eligēdi q̄busdā canonicis eccl'e sue. ⁊ ipsi canonici post mortē epi ⁊ ante sepulturā ceperūt tractare de electiōe pastoris. ⁊ q̄dā ex illis maior pars cōuenerūt in archipbr̄m ipsi⁹ eccl'ie. alij in archidya. suū. eo vero sepulto minor pars ɔsentit maiori/ ⁊ sic dict⁹ archipbr̄ post sepulturā ab oīb⁹ est electus: cui electiōi dict⁹ archidya. ⁊ capl'm ɔsensert. postmodū vero supuenit dict⁹ canonic⁹ asserēs se fuisse contēptū: ppter qđ (vt dicebat) electio nō valebat. Unde credēs ptātē eligēdi ad se esse deuolutā predictū archidya. elegit. Unde ppter electiones istas dictus canonic⁹ p se ⁊ quidā alijs. H. noīe p archid. ad se. apo. accesserūt. Papa vero de meritis istarū electionū cognito: electionē archid. celebratā post electionē archipbr̄i nō cassatā cassauit: qꝛ nō debuit. H. canōicus pcedere ad electionē secūdā ante cassationē prioris in penā interdicēs dicto. H. canonico vocē contradictiōis: in p̄mo ɔsensu capl'o pdurāte/ ⁊ sil'r electionē archipsbyteri iusticia exigēte cassauit. tū qꝛ corpore dicti epi nōdū tradito sepulture habuerūt de ista electiōe tractatū ɔtra canonicas sanctiones. tū qꝛ dict⁹. H. canonicus contēptus fuit: licet vn⁹ sol⁹ fuerit. quia in talib⁹ plus nocet contēptus vni⁹ q̄ꝫ multorum cōtradictio in presenti/ nec valuit predicta citatio: quia cū mortē episcopi p̄uenit nō potuit arcere citatū. ¶ Nota q̄ secūda electio nō est faciēda prima non cassata. ¶ Item vnius solius contēptus pōt cassare electionē. ¶ Item epo defuncto nondū sepulto non debet fieri electio. ¶ Item citatio nō legitime facta non tenet. Ber.

¶ Glo. seq. obijcit ⁊ soluit. et in additione ptim solutionem corrigit.

Electio aliq̄b⁹ ɔtēptis facta est nulla.

a ¶ Expectare. Sed nōne electio q̄ fit ɔtēptis illis qui debēt iter esse ipso iure est irrita? vt. s̄. e. q̄ sicut. ⁊. venerabilē. ⁊. ī. de arbi. cum olim. ⁊. lxiij. di. obeūtibus. ergo ea nō obstante potest attētari secūda electio. ī. de ap. ɔstitutis. cū enī a iure sit reprobata talis electio: nō est necesse iudicē adire p ea cassanda. ff. de cōdi. insti. l. que sub cōditione. §. vlti. Preterea cū vniuersitas delinquit in eligendo/ electio debet deuolui ad eū q̄ nō deliquit. s̄. e. bone. ⁊. s̄. de postu. bone. Dico q̄ electio archipresbyteri nō fuit nulla ipso iure: sed poti⁹ anullāda: ⁊ ideo debuit expectari cassatio superiorꝭ anteq̄ꝫ pcess⁹ fieret ad scd̄am. vñ ⁊ si vn⁹ habuisset ius eligēdi deliq̄t in hoc q̄ voluit simul esse actor ⁊ iudex† p̄misse electionis. ī. de ɔces. p̄ben. post

† Cū tñ ne

electionem. in parte decisa. Et licet illi deliquerūt in eligēdo: non tñ illud ius deuoluiẗ ad vnū. et hoc ſm Jo. q̄ dicit q̄ vn⁹ nō constituit vniuersitatē: ⁊ inducit in arg. hoc. c. et. lxv. di. si forte. ⁊ ff. de lega. j. si grege. licet ius vniuersitatis dicaẗ stare in vno. ff. q̄ cuiusq̄ꝫ vniuer. sicut. in fi. per quā. l. nos dicim⁹ ɔ̄: et si iste nō elegisset poterat post cassationē eligere si hoc postulasset: et h̄ innuit lr̄a ista cū dicit ibi nr̄m debuit expectare iudiciū: anq̄ꝫ pcederetur ad scd̄am. Et si electio p̄ma nulla fuisset ip̄o iure: qꝛ elect⁹ esset indign⁹: tūc ip̄e sol⁹ potuisset. s̄. e. bone. et. s̄. de postu. gratum. et. ī. e. scriptū est. sed hec non fuit nulla: imo ip̄e poterat eā ɔfirmare si cōsensisset. s̄. c. q̄ sicut. Jo. dixit q̄ non deuoluiẗ ius eligēdi ad alios: nisi qñ eligiẗ psōa ineligibilis ī. eo. scriptū. in fi. ⁊. s̄. de postu. gratū. et. s̄. e. bone memorie. Sȝ dic qñ electio nō est nulla ip̄o iure videlicet vbi aliq̄s est ɔtēpt⁹ tūc nō ip̄o iure/ sȝ p sniam ius eligēdi dȝ deuolui ad alios: vl' si nō seruaẗ forma illi⁹ ɔstōnis. ī. eo. qꝛ ppẗ. tūc sil'r sunt p̄uādi p sniam. vt. ī. eo. qꝛ ppter. ⁊ ca. cu mana. An ius vniuersitatis remaneat in vno: dictum fuit. s̄. de postu. gratū. ⁊ ibi recurrendū est. Q̄ñq̄ꝫ tñ electio ē irrita ipso iure: ⁊ tñ impedit scd̄am. s̄. eo. auditis. nec tūc eligēdi ius deuoluiẗ ad alios. Vñ scd̄a electio ibi nō tenuit vt ibi notaẗ in fi. vltime notule: qꝛ eligentes nō sunt ipso iure p̄uati. Et qđ dixi† q̄ vbi aliq̄s est ɔtēpt⁹: nō ip̄o iure/ sȝ p sniam ius eligēdi dȝ ad ɔtēptū deuolui: itelligo per sniam pape tm̄. ar. istius lr̄e cū de priori nr̄m deberet expectari iudiciū anq̄ꝫ pcedaẗ ad secundā. Vbi enī certa pena statuta est: alia nō est iponēda: nisi p eū q̄ habȝ ptātis plenitudinē: qđ satis innuit hec lr̄a: sufficit enī vt casseẗ electio: vbi q̄s psequiẗ ɔtēptū suū. B.

mo sibi ius dicere debeat. C. ne q̄s i sua cā. l. vna. vnde vi. si q̄s i tātā. ff. quod me. cau. extat edictū. et de vi priua. l. creditores. ī. de ɔcessiōe p̄. post electionē. ad fi. qđ met. cau. c. vlt. ij. q. j. in primis. xvj q̄sti. vj. placuit. quod si fecerit sine pena eē nō debȝ ſm ho. Jo. an.

†al'. arctare.

Electio irrita q̄ñq̄ꝫ aliā impedit.

† Hoc qđ sequiẗ fuit additio in qua glosator. caute correxit qđ dixerat. Jo. and.

¶ Glo. seq. reciteẗ per obiectionē: ⁊ solutionem.

b ¶ Tractatum. No. q̄ cassaẗ electio de qua est habitus tractat⁹ ante sepulturā mortui. lxxix. di. null⁹. ij. Sed ppter hoc solum nō fuisset cassata: sed assumit hic papa q̄si nō cām vt cām: sed cōtēpt⁹ fuit cā cassationis. nam mortuo viro soluta est vxor a lege matrimonij. vt. ī. de secū. nup. c. vl. ⁊ pe. ⁊. vij. q. j. sicut alterius vxor. Ber.

c ¶ Multorum. s̄. e. q̄ sicut. ⁊. c. venerabilem.

¶ Glosa sequens arguit: ⁊ remittit.

d ¶ Nec predicta. Rñsio tacite questōnis. Diceret aliq̄s dño pape ille. H. fuit citat⁹: ⁊ ille rñdit: citatio nō fuit legitima. Et sic est arg. q̄ si aliq̄s citeẗ nō legitime: si aliq̄d fiat contra absentem nō valet. Generale enī est q̄ ad citationē que reprobatur a iure nō tenetur venire citat⁹ etiā vt alleget priuilegiū. de hoc no. per. Jo. iij. q. ij. si eps. et. ī. de do. ⁊ contu. dilectus. vbi de hoc.

Diuisio.

Cum ad nostrā. ¶ Primo ponit factū. Scd̄o illđ cassat ibi. Nos. Ab. sic. ¶ Casus. Quidā simul fact⁹ fuit monachus ⁊ abbas: cū pri⁹ debuerit esse monachus q̄ꝫ abbas: puenit h̄ ad noticiā dñi pape. papa vidēs q̄ ɔ̄ regulares traditiōes fuerit attēptatū electionē de facto factā cassauit: qꝛ null⁹ dȝ monachari spē hñs vel pmissionē q̄ fiat abbas. ¶ Nota sola spes vel promissio simoniā inducit: et ideo ille q̄ sic monachaẗ/ vel eligiẗ: de iure est repellēdus. Itē nota q̄ q̄s pri⁹ dȝ monachari q̄ꝫ in abbatē assumi.

¶ Glo. se. al. duas ɔcor. Sig̃t vnū ɔ̄riū ⁊ sol. pōit dictū cui sig̃t ɔ̄riū.

Monachi q̄ ad aliq̄ sūt melioris ɔditionis q̄ꝫ clerici seculares.

e ¶ Monachus. Hic habes expresse q̄ cleric⁹ secularis non pōt eligi in abbatē: ad idē facit. s̄. e. cū cām. et. ī. eo. cum in magistrum. Ar. ɔ̄. xvj. q. j. pbr̄os. Sed nō est ɔtra: qꝛ illi pbr̄i erāt mōachi: ⁊ ita poterant eligi in abbates: ⁊ ibi soluiẗ ɔtrarium. Et sunt monachi melioris cōditionis q̄ꝫ clerici: qꝛ clerici eos eligunt ad sua officia: viij. di. c. j. et. ij. ⁊. xviij. q. j. c. j. vbi est hoc expressum: sed ipsi non eligunt clericos ad suas dignitates. Ar. ɔ̄. xxviij. q. j. omes. et. ij. q. vij. sicut sacerdotes. Et hoc ideo: quia quilibet monachus cleric⁹ est: sed nō cōuertiẗ: ppterea quilibet monachus in clericali officio videtur instructus: sed clericus secularis non in monachali.

Honores sperare possum⁹.

f ¶ Nullā spē. Pricipalē. viij. q. j. sunt i eccl'ia. sed scd̄ario licitum est alicui sperare honores eccl'iasticos. lxj. di. q̄d pderit. ⁊. lix. di. si

officia.lxxiiij.dist.ꝯsuluit.⁊ verba ista habes.xvj.q.vij.per laycos.
a ¶Irritare. Id est irritam nunciare.j.eo.ca.proxi.

Diuisio. Officij tui. ¶Cōmunis diuisio.scd̄a ibi. Nos autem. Ab.sic. ¶Casus. Uacāte quodā monasterio posito in medio nationis ꝑuerse.monachi cū nō possent sui ordis ꝑsonā ydoneā iuenire ꝑ quā monasteriū posset gubernari in quēdā nobilē ⁊ discretū ocl'os extēderūt: ꝑ quem poterāt meliꝰ defensari. Uñ accesserūt ad p̄rem ipiꝰ humilit̃ postulantes ab ipo vt filiū suum īduceret: q̄tenꝰ habitū susciperet monachalē: nullā spem p̄ri dantes de ipiꝰ ꝓmotiōe. ⁊ p̄r ad h̄ filiū suū induxit.q̄ monachꝰ factꝰ statim ī abbatē est electꝰ. cuiꝰ electio cōfirmata fuit ꝑ rectorē massanū legatum ap'lice sedis. mortuo illo rectore q̄ ꝯfirmauit suā electionem successit sibi q̄dam aliꝰ legatꝰ apo.se.q̄ dubitauit an talis electio valuerit cū dictꝰ paratus sit se purgare ꝙ ad hoc fuit nulla ambitiōe inductus: petēs a papa vtrū dictꝰ electionē potuit ꝯfirmare vel dispēsare cū ipo/⁊ si electio illa sit cassāda an iterum possit eligi in abbatem: Rñdet papa ꝙ ex his q̄ icōtinēti sunt acta ostēdit̃ ꝙ talis taliter eligi nō potuit ī abbatē. et iō papa electiōem illā decreuit irritā et inanē.q2 priꝰ voluit esse magister q̄ȝ discipulus. sȝ postq̄ȝ fuerit ī reg'la cōpetēter instructꝰ/ si necessitas ⁊ vtilitas mōasterij postulauerit poterit ī abbatē assumi: ne mōasteriū opprimat̃ icursibus malignoꝝ.priꝰ tñ ab ipo purgatiōe recepta. ¶Nota ꝙ ex his que incōtinenti fiūt p̄sumit̃ cōtra aliquē. Itē ꝑus debet esse quis discipulus q̄ȝ magister. vt in p̄cedenti capitulo dicebat̃. Berñ.

vel ꝑmissionē habens: vt abbas fiat debeat monachari: electōez de ipso factā curauimꝰ irritare[a].

Idē magr̄o Ca. p̄sbytero cardinali sedis apostolice legato.

¶In abbatem eligi non potest nisi instructus in regula monachali. Capitulum.xxxviij.

Officij tui: ⁊.j. Sane nobis tuis l'ris itimasti: ꝙ cū monasteriū q̄dā positū in medio nationis ꝑuerse: pastore careret: monachi de electiōe abbatꝭ tractātes: cū nō possēt sui ordinis ydoneā iuenire ꝑsonā: ī quēdā viꝝ nobilē oculos direxerunt: ꝑ quē poterāt meliꝰ defensari. ⁊ p̄rem adierūt ipiꝰ: hūilr̃ postulātes ꝙ filiū suū induceret: vt habitū suscipet monachalē: nullā patri de ipius ꝓmotiōe fiduciā tribuētes: ⁊ p̄r ad hoc induxit filiū ꝓuidū ⁊ discretū: q̄ effectꝰ monachꝰ fuit in abbatē electꝰ: cuiꝰ electio extitit ꝑ rectorē messañ. ap'lice sedis legatū q̄ oībus p̄dictis iterfuit cōfirmata. Cū aūt idē sit paratus purgare se: ꝙ nulla fuit ad hoc ambitiōe inductꝰ: postulas edoceri: vtrū dictꝰ legatꝰ electiōem cōfirmare vel dispensare potuit: vel quod factū est stare possit: et vtrū electiōe cassata iteꝝ valeat eligi in abbatem: ¶Nos aūt cōsul.⁊.⁊. rñdemꝰ ꝙ cū ex his q̄ incōtinēti[b] subsecuta sunt ostēdat̃ ꝙ talis taliter non possit eligi in abbatem: maxime ꝓ eo ꝙ āteq̄ȝ esset discipulꝰ: voluit esse magister/ electiōem illā irritā esse decreuimus et inanē. Uerū postq̄ȝ fuerit in regula competenter[c] instructus (si vrgens necessitas: et euidens vtilitas ipsius monasterij postulauerit) purgatiōe recepta poterit in abbatē assumi: ne monasteriū opprimatur icursibus malignoꝝ. Idem.

¶Electio al's canōica ꝯfirmat̃ licet quidā eligētiū eēnt minori excōicatione ligati. Ca.xxxix.

Illa quotidiana instātia: et.j. ¶Quia pro certo didicimus electionē canonicam[d] extitisse: ipsam auctoritate ap'lica duximꝰ ꝯfirmandā: supplētes[e] de plenitudine potestatis si q̄s in ea ex eo fuisset defectꝰ: ꝙ quidam interfuerunt electioni eiusdem qui ex sola participatione in simplicis[f] excōmunicationis laqueū inciderūt. Idem magistro maximo notario nostro.

¶Si postulatio cum electione cōcurrit: et numerus postulātiū est duplo maior: et postulatꝰ est idoneus: postulatio admittit̃ reiecta electione. Si vero indignꝰ ⁊ hoc maior pars postulantium ignorauerit: postulatio ⁊ electio reprobantur. Si vero sciebant: ⁊ electus est idoneus: cōfirmatur electio: et idem si numerus postulantium non est duplo maior. h.d. intelligendo s̄m ꝙ continet ius cōmune. Capitulū.xl.

Scriptū est in apocalipsi iohānis: ꝙ in medio et in circuitu sedis erant q̄ttuor aīalia: et.j. ¶Sane ad hanc ecclesiā

Apocalip.iiij.

professionis debent esse q̄ eligunt ⁊ qui eliguntur: ne quasi in boūe et asino videret̃ arari: q2 quasi simul et semel esset laicus et abbas. Et q2 p̄sumptio ambitiōis maxima est: q2 al's nō fieret forsan monachus. Et ambitio bene repellit quēlibet a dignitatibꝰ. viij.q.j. in scripturis: quia nō ambitione: sed labore ad augmentū honoris vnūquēq̄ȝ conuenit peruenire. C. de re mili. contra publicam vtilitatē. li.xij. et ambitus notari solet. lxj.dist. miramur. in fine.

miseri.l.di. considerandū s̄m Gof. Jo.an. Ambitio repellit a dignitate.

c ¶Competēter. Per tres menses. argu.j.de eta.et quali. preterea.et in auten.de.sanc.epis.§. damus.col.ix. Uel al's competēter.i. per annū s̄m quosdam: ⁊ inducūt pro se.lxxviij.distin. monachus nouitius. Additio Concor. Johan. Tan. et Compost. Sed Hostien. dicit ꝙ per annum.j.de reg. statuimꝰ. potiꝰ crederem hoc arbitrarium s̄m diuersas conditiones personaꝝ. Johannes andree.

Diuisio. Illa quotidiana. ¶In prima ponit̃ electionis decisa narratio. In secunda ipsius confirmatio ibi: quia ꝓ certo. Ab.si. ¶Casus. Quidam electus fuit in episcopū vel in aliū prelatum. In hac electiōne quidam interfuerūt qui per solam participationem inciderāt in minorem excōmunicationem. dubitatur an propter hoc electio vitiaretur. Cōsultus papa respondet ꝙ pro certo inuenit electionem illam canonicā fuisse: et ideo eam confirmauit. Uerū tamen si quis defectus fuit in ea propter hoc ꝙ illi excōmunicati minori excōmunicatione interfuerūt: papa supplet hoc de plenitudine p̄tā tis. Nota ꝙ excōicatus minori excōicatiōe pōt eligere: q2 nō ē separatꝰ nisi a sacramētis. Ber.

¶Glo.seq. coadiuuat textū. alle.iiij. iura. scd̄o obijcit ⁊ soluit. tertio querit. arguit pro et soluit ꝯtra. quarto querit obijciēdo ⁊ soluit.

b ¶Incontinēti. Presumit̃ aliq̄d ex eo ꝙ icōtinēti est subsecutū. xxxj.q.j.si q̄s.⁊.l.di.si q̄ femia. q̄ eni incōtinēti fiūt īesse vident̃. ff.si cer.pe.lecta est. † q2 ex h̄ p̄sumit̃ ꝙ turpit̃ ⁊ ex ꝯuētiōe sit electꝰ: q̄d eē nō dȝ.j.q.ij. q̄ȝ pio. Sȝ si hec rō est q̄re clericꝰ nō possit eligi ī abbatē: q2 nō est īstructus ī reg'la monachali: sic eadē rōne monachꝰ nō dȝ eligi in ep̄m: vel p̄latū alicuiꝰ eccl'ie sec'laꝝ: cū ipe nō nouerit reg'las clericoꝝ vt possit p̄fici ecclesijs. xvj.q.j. sic viue. ⁊.c. si clericatꝰ. q̄d eēt veꝝ si oīno ignoraret. Sed bñ eligunt̃ monachi ⁊ regulares ad sec'lares p̄latiōes ꝓpt̃ officiū p̄dicādi: q̄d p̄uilegiatū est.j. de sta.regu. ꝙ dei timorē.⁊.j. de vo.⁊ vo.redē.ꝑ tuas.⁊.xviij.q.j. statutū.⁊.lviij.di.c.j.⁊.ij. Sȝ q̄d si peritꝰ eēt sec'laꝝ clericꝰ ī reg'la monachoꝝ: posset ne tūc eligi ī abbatē: Uī̃ ꝙ sic: q2 rō ꝯstōnis ī eo cessat lxj.di.§. his oībꝰ. sicut monachꝰ peritꝰ ī reg'la clericali pōt eligi in ep̄m ꝑ p̄dicta cap'la. Sȝ nō est ita: q2 ⁊ si scit regulā: nō tñ est exptꝰ ī ea. Nā graue est iexptos diuis obsequijs applicare. xix.q.iij. monasterijs. ‡ Sed q̄re nō potuit iste postulari ī abbatē: cū laycꝰ nesciēs reg'las clericales possit etiā ī epȝ postulari.lxj.di.oīsꝰ. postea ꝑ tres mēses discere pñt reg'las clericales. in aut̃. de san.epi.§. damus.col.ix. Itē heremita postulat̃ in abbatē.s.eo.cū monasteriū. Dic ꝙ nō fuit heremita: sȝ de monasterio q̄d erat in heremo. Et eadē est rō: q2 si laycus est peritus/ non est necessaria in eo ꝓbatio habitꝰ clericalis. Sed oīa ista nō ꝓsunt: q2 q̄ȝtūcūq̄ȝ sit laycus peritꝰ in regula monachali: ⁊ expertus ⁊ ꝓbatus in ea: nunq̄ȝ potest eligi vel postulari in abbbatē ꝓpter rōnem que hic reddit̃. ⁊ q2 eiusdem

† Pacta icōtinēti facta stipulatiōi īesse dicūt̃. Jo.an.

Clericus secularis etiā p̄itus ī reg'la monachali in abbatē nequit eligi.

‡ Sicut dominus voluit btm̄ petrū in seipo experiri fragilitatē humanā vt disceret alijs

¶Glo.seq. distinguit electionē actiuā et passiuam/et reddit cām vtriusq̄ȝ. signat contrarium et soluit.

d ¶Canonicā. No. ꝙ licet aliqui sint excōmunicati minori excōicatione: tamen eligere possunt: et talis electio dicitur canonica: vt hic habes. sed talis scienter eligi nō pōt pro eo ꝙ eligitur ad ea a q̄bus est ipse remotus.j. de except. a nobis. et hoc est hodie exp̄ssum .j. de cleri. excōmu.mi. si celebrat. nec incurrit irregularitatem si celebrat: peccāt tamē tales celebrando: vt ibi dicit: sed criminosi a ꝓsecutione sui iuris nō repellūtur nisi sint excōmunicati maiori excōmunicatione: et ita isti possunt vti iure suo in eligendo ⁊ in alijs negocijs ecclesie tēporalibus ⁊ spiritualibus. Arg. contra.s.eo.cū inter. R.⁊.s. de consue. cū dilectus. vbi dicit̃ ꝙ suspensi nec eligere nec eligi possunt. Sol'. hic ⁊ in ca. si celebrat intelligitur de suspensione canonis. cōtraria de suspensione iudicis: ⁊ mitius agitur cū lege q̄ȝ cum ministro legis. ff. de arbi.l. celsus. Unde versus.
Supplicium leuius dat ius q̄ȝ iura ministrans.

e ¶Supplentes. Hec suppletio † ex superabundanti nō ex necessitate hic fit ex eo ꝙ obiectum fuit de tali excōmunicatione que repellit ab electione per decre.predi. si celebrat.

f ¶Simplicis excōicationis. Hic potest sumi ar. ꝙ vtile nō vitiatur per inutile.j.e.c. proxi. in fi. ver. nisi forsan ⁊c̄.

Scriptum. ¶Habet materiā subtilem ⁊ difficilē intantum ꝙ glo. et aliqui dixerūt extra eā hoc ca. cōtinere potiꝰ quādam prouisionē papalē q̄ȝ ius cōmune. iste tamē intellectus cōmunitet nō tenet̃: q2 s̄m eū hec decretalis esset hic sup̄flua ꝯtra id q̄d habet̃ in ꝓemio.s. Diuiditur p̄ncipaliter in quattuor partes. In prima

† Si vis dicere ꝙ necessaria fuit hec suppletio. potes dicere ꝙ hic vocat minorē excōi. verba lē ad differētiā solēnis que dicitur anathema. de iudicijs. cū nō ab homine. vel ꝙ etiā ipe electus participauerat: ita ꝙ erat excōicatus minori vt recitat Hostiē. sed exquisite sunt he lecture. Jo.and.

ponit exordiū decisum. In scđa ibi: sane. narrat factū electionis et postulationis. In tertia ibi: verū quia. ponit cōmissionis causam. In quarta ibi: p aplica. ponit cōmissionis formam. Et hec vltima pars subdiuidit: qr primo ponit pcessum quē faciet delegat9 partib9 iuitis. scđo ibi τ si partes. ponit diffinitionē quā faciet si partes cōsentiāt quattuor casus declarando: secūdus est ibi: q si. tertius ibi: si vero. quartus ibi: nisi. Abb. si. ¶ Casus. Uacāte cōstātinopolitana ecclesia duo vocati sunt ad eā. pars vna postulauit archiepiscopum eradieñ. alia vero elegit plebanū scti pauli de venetijs. procuratores vtriusq3 partis ad sedē aplicam pпter hoc accesserūt: hec et alia in presentia dñi pape ppo nentes. ex parte postulātiū archiepm ppone bat q due partes τ amplius postulauerant archiepm. Ad hoc pbandum iducebat quoddā publicū instrumētū cōputatis. vij. prepositis et prelatis cōuentualiū ecclesiarū qui de cōmuni ɔsensu ad electionem fuerūt vocati. τ pcuratorpartis aduerse illud idē fuit confessus in iudicio: sed eius confessio extitit reuocata. Unde pars postulantiū ppo nebat suam intētionem pbatā. quia de his que partes in iudiciū dedu xerāt: nō potuit fieri domino pape plena fides. mandat papa cuidā notario suo vt sup his inquirat diligētissime ṽitatē de meritis electi et postulati apud venetias vbi vterq3 nat9 fuit / τ diutius ɔuersatus / τ de studijs eligētiū τ postulātiū / τ de oīb9 q̄ cām pñt istruere apud cōstātinopolim vbi electio τ postulatio facte fuerūt. τ si partes ɔcordauerint pcedat h mō. vt si cōstiterit q de cōi ɔsensu pr̄iarche admitterent. vij. p̄positi siue p se siue p alios. τ duo alij ex parte vniuersitatis p oīb9 platis ɔuētualiū eccliarū. τ tūc tpis tot essent plati quot erāt ecclie ɔuētuales: ita q cū septē p̄positis τ nouē canonicis facerēt duplo maiorē numerū q̄3. xvj. electores plebani tūc postulatiōem admittat: nisi postulat9 indignus reptus fuerit. τ electione plebani cassata absoluat illū ab ecclia eradieñ. et det sibi licētiā trāscēdi ad ecclesiā ɔstātinopolim. Si ṽo oēs p̄dicti nō fecerūt duplo maiorem numerū / siue dignus siue idignus fuerit postulatus / eo repulso electionē plebani cōfirmet. nisi τ ipe pleban9 reptus fuerit indignus. Si ṽo numer9 postulātiū fuerit duplo maior q̄3 eligentiū: τ psona postulata fuerit indigna. τ electio τ postulatio reprobet: nisi forsitā oēs vel maior pars postulātiū ex certa scīa idignū postulassent. τ illa vice postulādi seu eligēdi essent ptāte p̄uati. τ in hoc casu electionē plebani ɔfirmet si eā de psona ydonea ɔstiterit celebratam. ¶ Nota q inq̄rēdū est de cōuersatione electi apud illos cū q̄b9 fuit ɔuersatus. ¶ Nota q q̄ sciēter eligit indignū ea vice postulādi vel eligendi potestate priuat. Qui vero ignoranter eligit vel postulat indignum / nō punitur. Item si maior pars ignorat vitiū minoris partis non imputatur maiori parti que hoc ignorauit. Hec decre. continet ius in fine: alia vero p̄cedētia ex cōmuni cōcordātia partiū τ ɔuisione pape dicta sunt. Bernar.

a ¶ Reuocatam. Sine aliquo interuallo: sicut testis q̄ potest corrigere dictum suū incontinēti. j. de testi. cogē. preterea. An factum pcuratoris p̄iudicet dño. dicit j. vt lit. non ɔtest. c. j. et c. accedens. τ j. de cau. pos. cum olim. τ j. de censi. olim.

b ¶ Altera. Scilicet postulantium archiepiscopum.

c ¶ Electi τ postulati. Sic. s. eo. venerabilem. Sed ibi ad studia eligentium non retulit se legatus q̄3uis potuerit.

d ¶ Ubi nati. Quia ibi melius potest inquiri. s. eo. postq̄3. et j. de presump. quosdam. τ. xxiij. dist. illud.

e ¶ Consenserint. Scilicet vt notarius iste diffiniat s̄m q inferius continetur: et in isto consensu necessarius est consensus electi et postulati: al's non possunt partes recedere a iure. s. eo. cum inter canonicos.

scz cōstantinopolitanā duo aīalia sunt vocata: vtinā plena oculis τ alas habentia senas: videlicet eradieñ. archieps et plebanus scti pauli de venetijs: sicut per pcuratores tā postulātiū archiepm q̄3 eligētiū plebanū fuit ppositū corā nobis: τ j. ¶ Uerū qr de his q̄ p assertionē ptiū i iudiciū deducta fuerāt: nobis non potuit fieri plena fides: q̄3uis super his q̄ de nūero dicta sunt postulātiū p quoddā instrm publicū: necnon confessionē pcuratoris aduerse partis in iudicio factā: s3 postea reuocatā[a] pars altera[b] assereret suā itētionē esse fundatā: cām discretiōi t. duximus cōmittēdam. ¶ Per ap. scripta mādātes q̄tenus sup his τ alijs iquiras diligētissime ṽitatē: de meritis electi[c] et postulati apud venetias vbi[d] nati fuerūt et diutius conuersati. De studijs autē eligentiū et postulātiū: et oībus generaliter q̄ cām pñt instruere: apud cōstātinopolim vbi hmōi postulatio τ electio celebrate fuerūt. ¶ Et si partes ɔsenserint[e] pcedas hoc mō: vt si cōstiterit de mutuo[f] cōuenisse consensu q ad electionē pr̄iarche. vij. admitterent prepositi: siue per seipsos: siue p alios[g]: τ duo[h] alij ex pte vniuersitatis p ceteris cōuētualiū eccliarū platis: totq3 tunc tpis[i] cōuentuales ecclesias habuisse platos: q cū. vij. p̄positis et nouē canonicis quos quidē canonicos cōstat in postulatiōe p̄fati archiepi ɔuenisse: duplo maiorē facerēt nūerū q̄3. xvj. electores plebani: tu vice nostra postulationē admittas: nisi pbatū fuerit postulato aliq̄d obuiare de canonicis institutis[k] qđ promotionē ipsi9 debeat impedire: ac (plebani electione cassata) ipm archiep3 absoluas a vīculo quo eradieñ. ecclie tenet: concedēdo ipm constātinopolitane eccle in pastorē. ¶ Qr si ad faciēdum duplo maiorē[l] nūerū simul oēs predicti minime sufficerent: siue dignus: siue indign9 fuerit postulatus: tu (postulatione repulsa) electionē plebani aucte nr̄a confirmes[m]: dūmodo nihil obsistat eidē qđ ipm tanto presulatu reddat indignū. ¶ Si ṽo numerus

f ¶ De mutuo. Hoc ideo dicit: qr pars eligentium hoc negabat: ideo papa mandat inquiri cum de iure cōmuni interesse debuerit j. de cau. pos. cum ecclesia. B.

g ¶ Per alios. Qualiter q̄s per aliū hoc facere possit habes. j. e. qr ppter. §. illud. sed ibi de iure cōi: hic de mutuo cōsensu.

h ¶ Duo. Isti duo habebant vocē. p. xij. platis singulariter p quolibet. Additio. Hoc itelligit Inno. q̄n oēs vt singuli singulariter habebāt vocem: aliud si vniuersitas platorū vnicā vocē habuisset. Dicebat ergo Cōp. q tot voces habebāt isti quot ɔmittētes. nemo eni pl9 τc. de reg. iur. nemo plus. Jo. an. ¶ Glo. seq. exponit lr̄am expositiōi signat ɔ̄riū. τ cōtrario acquiescit.

i ¶ Tpis. Hoc iđ dicit: qr si tūc aliq̄ ɔuētualis ecclia vacasset p ea nullus potuisset admitti se de vacante: qr tūc nō est q̄ iura illi9 tueat / vel eis possit vti. j. ne sede va. c. j. et. ij. τ j. de prescrip. de q̄rta. tūc eni dormit ius ecclie: ita q nō currit p̄scriptio. j. de p̄scrip. auditis. τ. ca. j. τ. c. de q̄rta. nec ad caplm ius illud deuoluit. j. ne se. va. c. ij. Ar. ɔ̄. j. de maio. et obe. his q̄. τ. c. cū olim. q̄bus forte staret in casu isto: quia diuersi sunt isti casus a precedētibus: sed hec lr̄a infert cōtrariū.

Prescriptio dormit cōtra ecclesiā ipsa vacante

k ¶ Institutis. Que habes. j. co. titu. nihil est.

l ¶ Maiorem. Hic habes q electio semp preualet postulationi s̄m illos qui dicunt: q hec est iuris diffinitio: nisi due partes sint in postulatiōe. De hac materia dictū est. s. de postu. bone memorie. j. τ ideo statur hic iudicio duar partiū: qr quod due ptes faciūt totū caplm facere videtur. τ ff. q cuiusq3 vniuer. plane. τ s̄m hanc decre. intelligit qđ dicit decre. s. de postul. bone memorie. q postulatio in discordia non consueuit admitti. hoc intellige put dr in no. sequenti. Itē nota hic q cum in electione lōge maior numerus est ex vna pte q̄3 ex alia: nō habet respect9 ad meritū psone: dū tñ sit ɔueniēs ille q̄ est elect9 a maiori pte: nec ad zelum eligendū. ar. s. eo. dudū. τ j. de ap. ɔstitut9. sed si nūerus in modicū excedat: tūc recurrit ad merita τ ad zelū: τ preferunt nūero. ar. j. de test. in nr̄a. τ est exp̄ssum. j. e. ecclia vestra. vbi de hoc. ¶ Glo. seq. obijcit: τ soluit recitādo opinionē quā approbat

m ¶ Confirmes. Hic dicit papa electionem a minori parte capituli factā ɔfirmari: τ tñ ps alia nō est eligendi ptāte p̄uata: qr nō postulauerat indignā personā: τ de iure licite poterāt postulare sicut et eligere: τ ita postulando non peccant: ergo ius eligendi nō fuit deuolutum ad pauciores: qđ tūc demū locū habet: cum maior ps scienter postulat vel eligit indignū. vt in fi. decre. dr. Et ideo ɔtra j. e. cumana. τ in. c. ecclesia. τ. ca. in genesi. in quib9 dicitur q electio non valet nisi sit facta a maiori parte capituli. et hic confirmat facta cum longe minori pte. Propter hec τ alia que hic dicuntur: dicunt quidā q hec decre. ius cōe nō cōtinet: sed fuit quedā prouisio de consensu partiū: τ hoc videt p verba illa superi9: si ptes cōsenserint hoc modo pcedas: τ ex eo q papa admittit hic postulationē i discordia factā: cū p eā nullū ius acquirit postulato. s. de postu. c. pe. τ qr non consueuit admittere tales postulationes in tanta discordia. s. de postu. bone memorie. Et ita in his duob9 ɔtinet gratiam: qđ satis potest cōcedi. Et ita videt q vtraq3 ps renūciet iuri suo: τ qđ dicit de consensu ptiū taliter pcedat. vt. s. dr in ṽbis premissis si partes consenserint τc. al's si contradicerent nō taliter pcessissent: sed facta inquisitione super his de quib9 premittit: cām instructā remisissent ad papā. hoc pbat. s. eo. bone memorie. in pte decisa. Sed vbi due partes postulant aliquem: licet ius non acquiratur postulato vt agere possit: tñ pōt petere gr̄am: τ iniuria fit ei si nō fiat illi gratia. ar. ff. de aqua quoti. τ esti. l. j. §. permittit. de hoc no. s. de postu. grarū. τ. c. penul. τ. vlti. Et idē crederem si maior ps postulat q gr̄am deberet hr̄e. Et qđ dicit de duab9 ptib9 nō credo necessariū: sed quedam ɔuisio fuit hic vt dictū est: quia siue maior

pars et sanior. siue due partes/ siue oẽs: totum dependet a superiore: sed quod in fine dicitur ius est.
¶ Glosa sequens ar. a cõtrario: soluit et determinat.

a ¶ Maior. Et ita videt a ꝯrio: ꝙ si minor pars capituli sciuisset illũ esse indignũ: alij nõ punirent ꝓpter hoc: et ita est hic ar. ꝙ vtile nõ vitiat per inutile. sic s. c. ꝓxi. Et est notabile illud ꝙ culpa et dolus minoris ptis nõ nocet: nec ea que fiũt a minori pte irritant ꝓpt hoc: et isti soli priuati essent ipso iure eligendi in ꝓxĩa electione si alij nõ elegissent. s. e. cũ in cunctis. et hic. et alij admitterent: dũ tñ ꝓbarẽt ignorãtiã s. eo. innotuit. Et si maior ps ignorasset illũ indignũ: vtraq; ps dꝫ reprobari a ꝯrio: vt dr. s. Et qđ dr hic ꝙ electio facta a maiori parte ꝯfirmet qñ maior ps postulãtiũ sciẽter eligit indignũ itelligit qñ vno cõtextu fiũt postulatio et electio/ seu electiones: vt hic cõtingit: secꝰ si ex iteruallo: tũc enĩ illi soli q sciẽter postulãt vel eligunt indignũ: sunt eligendi seu postulãdi ptãte ꝑuati: ⁊ illi q ignoranter postulauerũt seu elegerũt indignum: debẽt ab alijs ad electionẽ admitti: als ꝯberet electio cassari ꝓpter ꝯtẽptũ. vt dicit. s. in eadẽ notula.

b ¶ Postulata. i. ignoranter.
¶ Glo. se. obijcit ⁊ soluit

postulantiũ inuentus fuerit duplo maior[a] queãdmodũ predictũ est: et ꝑsona postulata[b] reperta fuerit idigna: tu tam postulationẽ q̃ electionẽ nõ differas reprobare. ¶ Nisi forsan oẽs/ aut maior pars postulantiũ presumptione[c] dãnabili postulauerint scienter indignũ: vt hac vice merito debeãt eligẽdi/ seu postulandi ptãte ꝑuari[d]. Et hoc quoq; casu electionẽ ꝯfirmes[e]: si eã de ꝑsona idonea cõstiterit celebratã.

Idem in concilio generali.

¶ Si illi ad quos spectat electõ negligunt eligere prelatũ cathedralis vel regularis ecclesie ifra tres mẽses: primꝰ supior ecclesiam ordinabit: qđ si infra tres alios mẽses non fecerit/ canonice punietur. Ca. xlj.

Ne ꝑ defectu pastoris gregẽ dñicũ lupus rapax inuadat: aut in facultatibꝰ suis eccl'ia viduata graue dispẽdiũ patiatur: volẽtes i hoc etiã occurrere periculis aĩarũ ⁊ ecclesiaꝝ indẽnitatibꝰ ꝓuidere ¶ Statuimꝰ vt vltra tres menses cathedralis[f] ec

c ¶ Presũptione. i. ex certa sciẽtia. s. e. innotuit. Sed qualiter potuit esse dignꝰ iste postulatꝰ archiepatu/ et indignꝰ patriarchatu † et qui iudicatus fuit dignus a papa/ vel a suo patriarcha quãdo cõfirmauit eũ quare denuo inquiri iubet de moribꝰ suis cõtra illud. xvij. q. iiij. §. qui autẽ. et. C. de cri. fal. l. ij. ⁊. j. de eta. et quali. accepimꝰ? Dico ꝙ licet quis reputetur dignus ad vnã dignitatẽ: propterea non est dignus ad maiorem. licet enĩ dispensetur cũ aliquo in minori dignitate: nõ tamen dispẽsatur ad maiorem. xij. dist. nos consuetudinẽ.

† Non enĩ põt quis esse in vno loco sanctꝰ: ⁊ in alio peccator. j. q. j. sicut xp̃s. io. an. ĩ no.

¶ Glo. seq. recitetur per contrariũ: et dupliciter soluit.

d ¶ Priuari. Istud referas ad factũ: cum sint ipso iure priuati. s. eo. cũ in cũctis. illi scilicet qui sciẽter hoc fecerũt. Uel dic. i. nũciati priuati. Additio. Per qđ not. Hostiẽ. ꝙ licet due electiões fiant vno contextu et maior pars eligat indignũ/ ⁊ minor dignũ nunq̃ obtinebit minor nisi maior sciẽter deliquerit. Dicit tamẽ presumi contra maiorẽ nisi probet ignorantiã. remittit. s. eo. innotuit. hoc dictũ est pro opinione mea contra suam opinionem. Hostiẽ. de quadicã. j. eo. congregato. Io. and.

e ¶ Cõfirmes. cũ sit facta a maiori pte illoꝝ q habebãt ius eligẽdi.

Diuisio. Ne ꝑ defectu. Prĩo ponit ꝯstõnis cã. Scđo ibi: statuimus. cõstitutio: q ꝯstõ q̃ttuor facit. Nã pmo statuit tp̃s electioni. Scđo ꝑuat negligẽtes ibi: infra q̃s. Tertio ad superiorẽ deuoluit ibi. ac ipsa. Quarto punit superiorẽ si negligit ibi: is vero. Abb. sic.

¶ Casus. Quia propter defectũ pastoris ecclesia viduata tam i teporalibus q̃ in sp̃ualibꝰ frequẽter sustinet lesionẽ. et ideo conciliũ volẽs periculis aĩaꝝ ecclesiarũ ⁊ indẽnitatibꝰ ꝓuidere statuit vt eccl'ia cathedralis vel regularis vltra tres menses non vacet: ita ꝙ impedimẽto iusto cessante electio celebrata nõ fuerit: electores eligẽdi potestate carcãt ea vice/ ⁊ potestas ad ꝓximũ superiorẽ transferat. ⁊ ille ad quẽ fuerit deuoluta potestas infra alios tres mẽses de cõcilio capituli ⁊ religiosoꝝ de ꝑsona idonea ipsiꝰ eccl'ie viduate/ vel si ibi idoneus non reperitur: de alia non differat ordinare: si ipse canonicã voluerit effugere vltionem. ¶ Nota ꝙ ecclesia cathedralis vel regularis nõ debet vacare vltra tres menses. ¶ Item illi qui nõ põt agere nõ currit prescriptio. ¶ Nota ꝙ per negligentiam q̃s amittit ius eligendi. ¶ Itẽ regularis eccl'ia q̃tum ad tẽpus eligendi equiparat ecclesie cathedrali. ¶ Itẽ nota ꝙ q̃diu reperit in ecclesia idonea ꝑsona: nõ debet eligi de aliena. Ber.

f ¶ Cathedralis. Quãtũ ad hoc nihil additur: qꝛ idẽ erat ßm antiqua iura. l. dist. postq̃. et. lxiij. dist. obeuntibus. ⁊ alij tres dantur ad consecrationem petendã. c. dist. quoniã quidẽ.

g ¶ Regularis. Et sic ptꝫ ex hac ꝯstõne ꝙ canon lateran. ꝯcilij. j. de ꝯces. pbẽ. nulla. hodie nõ extẽdit ad regulares ꝑlaturas: qꝛ hic eq̃parant epatꝰ ⁊ ꝑlature regulares. sil'r. xvj. q. vl. si q̃s deinceps.

h ¶ Impedimẽto. Et ita nõ currit p̃scriptio ꝯ canonicos: si iusta cã interueniẽte nõ eligãt. xxviij. di. de siracusane. ⁊. lxj. dist. bene nouit. ⁊. j. de cõces. pben. qꝛ diuersitatẽ. C. de inoffi. testa. l. ꝯ maiores. ff. q. ex cau. l. ꝙ quidã. et. l. sequẽti. ⁊. l. ait ptor. Sꝫ si papa iterdiceret electionem: nõ minus curreret ei tp̃s: nisi petant licentiã eligẽdi infra tp̃us statutum. j. e. c. vlti. Sed nunq̃d est hic necessaria ꝓtestatio ꝙ nõ possint eligere infra tres menses? qđ videt. j. de offi. ordi. pastoralis. in fi. et. j. de ap. si iustus metꝰ. Non credo ꝙ necessaria sit i casu isto protestatio: qꝛ debẽt petere licẽtiã: ⁊ si nõ petant sunt in mora: vt ibi dicit.

clesia vel regularis[g] prelato non vacet. ¶ Infra quos (iusto ipedimẽto[h] cessante) si electio celebrata nõ fuerit: q eligere debuerãt: eligendi potestate careãt ea † vice[i] ¶ Ac ipsa eligẽdi ptãs ad eũ qui proximo preesse dinoscit/ deuoluat[k]. ¶ Is vo ad quẽ fuerit deuoluta potestas deũ pre ocul habẽs nõ differat vltra tres mẽses cũ cõsilio[l] capl'i sui et aliorũ virorũ prudentiũ viduatã ecclesiã de ꝑsona idonea: ipsiꝰ[m] q̃dẽ eccl'ie vel alteriꝰ: si digna non reperiatur in illa: canonice ordinare: si canonicã voluerit effugere vltionem.

† al. hac.

Idẽ in eodem.

¶ Per aliquã de tribꝰ formis hic cõtentis scꝫ scrutinij: cõpromissi: ⁊ inspiratiõis ꝓcedi debet ad electionẽ i ecclesijs cathedralibꝰ: aliter electio celebrata non valet. Et ꝯtra faciẽtes priuãdi sunt ea vice ptãte eligẽdi. hoc dicit vsq; ad. §. illud. Cap. xlij.

Quia ꝓpter diuersas electionũ formas q̃s q̃dam inuenire conant: ⁊ multa ipedimẽta ꝓueniũt: ⁊ magna ꝑicula

i ¶ Ea vice. i. in prima electione: q si cassaret/ vel si nollet venire/ vel si eligeret indignꝰ/ stati recuperarent ius suum s. eo. cum vintonieñ.

k ¶ Deuoluat. Oli nõ deuoluebat ad ꝓximũ supiorẽ. j. de ꝯces. pben. dilectꝰ. sed ad papam i epatibus. ⁊ sic reducit ad ius cõe aliarũ dignitatũ: vt sicut ibi post sex menses: ita hic vt post tres deuoluatur ad proximũ superiorẽ. j. de cõces. preben. c. nulla.

¶ Glosa sequens querit arguit pro ⁊ contra: ⁊ dupliciter soluit.

l ¶ Consilio. Sed nũq̃d tenet semp hr̃e ꝯsiliũ capl'i sui: vt al's nõ valeat electio: nisi habito cõsilio capl'i ⁊ assensu? Uidet ꝙ sine illis eligere nõ possit: sicut nec alia negocia dꝫ facere sine illis. j. de his q fi. a ꝑla. sine ꝯsensu capl'i. nouit. ⁊. c. q̃to. ⁊ q̃si ꝑ totũ. ar. j. eo. cũ in veteri. vbi cassat electio: qꝛ nõ fuit expectatũ rñsum eoꝝ: de quorũ ꝯsilio debuit fieri electio. ⁊. lxiij. di. obeũtibꝰ. ⁊. xv. q. vij. ep̃s nulliꝰ. Sed ꝯ. sufficit enĩ petere ꝯsiliũ. j. de arbi. cũ oli. ⁊ ex ꝯsilio nẽo obligat. xiiij. q. j. qđ pcipit. Credo ꝙ h facere possit ꝑ iura pdicta. Uel dic ꝙ sufficit tm̃ req̃rere cõsiliũ capl'i in isto casu: ⁊ de honestate cũ ad ip̃m solũ deuoluat electio: ⁊ nõ ad capitulũ: cõsilium vero aliorum non inducit necessitatem: sed de honestate requiritur.

Cõsilium neminem obligat

¶ Glosa seq. successiue ponit tres obiectiones ⁊ solutiões ipsarum.

m ¶ Ipsius. Scꝫ vacãtis. Hic pcipit vt de eadẽ eccl'ia eligat. Sed nõne ad metropolitanum deuoluit idẽ ius qđ habuit capl'm? sed capitulũ potuit eligere vndecũq; vellet. s. e. cũ inter canonicos. et c. cũ nobis. ⁊. c. i causis. q̃ ⁊ metropolitanꝰ? Dico ꝙ pmo dꝫ inq̃rere ꝑsonas eccl'ie vacãtis: ⁊ eligere de gremio ipsius eccl'ie: ⁊ illud debuit fieri ꝑ illa iura. lxj. di. c. obitũ. ⁊. c. nullꝰ. ⁊. xviij. q. ij. q̃ sit. sed si h nõ fecerit: nihilominꝰ valebit electio † nã multa fieri nõ debent: facta tñ manent. xxvij. q. j. nuptiarũ. ⁊. xxvij. di. si vir. et nusq̃ inuenies ꝙ ꝓpter hoc casset electio. De hac materia tractat. s. e. cũ inter canonicos. Sꝫ q̃re dꝫ hic ꝙ metropolitanꝰ eligat de eadẽ eccl'a: cũ ipsi ꝑdiderĩt ius eligẽdi? Rñ. ipsi ꝑdiderũt ius eligẽdi actiue. i. qꝛ ipsi nõ pñt eligere: sꝫ nõ passiue: qꝛ bñ pñt eligi: ⁊ satis puniunt in h: ⁊ nõ debent ꝓpter h dupl'r puniri: qꝛ pene restringẽde sunt. de pe. di. j. §. pene. Hic habes ꝙ q eligere nõ pñt eligi pñt. Sꝫ ꝯ. aliq pñt eligere sꝫ nõ eligi. j. de cler. excõ. mi. si celebrat. hic ꝑuat negligẽtia eos potestate eligẽdi: ibi nõ. Et ibi ideo nõ pñt eligi: qꝛ nõ habent id ꝓpter qđ eligũtur: hic bene habent executionẽ sacramẽtorũ.

† Host: contra nisi canonici ratũ haberẽt: qꝛ limitata est forma qđ satis videtur in scholis: sed contrariũ ſuat Et cõpost. tenet dictũ glo. dicens ꝙ sic papa rñdit. Io. an. in no.

Quia propter. Hec decretalis est multũ famosa et pncipalis in titulo. Diuidit pncipal'r in duas ptes. In pma ponit cõstõnis cã. In scđa ꝯstõ ibi: statuimꝰ. ⁊ hec scđa ps subdiuidit in tres ptes. Nam tria ponit principal'r statuta. scđa ps ibi: illud. tertia ibi: electiões. Et iterũ illa scđa statuimꝰ subdiuidit i q̃nq; ptes Nã pmo ponit formã scrutinij in electiõibꝰ celebrandis. Scđo cõpromissi. Tertio cassat electiões aliter factas. Quarto excipit in q exceptione includit formã diuine inspirationis. Quinto eligentes cõtra formas supradictas mandat priuari. Scđa ibi: vel saltem. Tertia ibi: aliter. Quarta ibi: nisi. Quinta ibi: qꝛ vero. Ab.

¶ Casus. Quidā maliciose ⁊ fraudulēter nitebant̄ diuersas formas electionū inuenire: ꝓpter qđ pericula multa ⁊ īpedimēta proueniebāt ecclesijs viduatis. ⁊ ideo ad hec pericula euitāda statuit cōciliū generale tres formas circa electiōes cathedraliū ⁊ regulariū ecclesiaꝝ. Prīa forma est hec. vt vocatis oībus q̇ volunt debēt et possunt cōmode interesse. eligant̄ tres de capitulo fide digni qui sigillatim et secreto vota oīm diligēter inq̇rant/⁊ inscriptis redigāt. quo facto incōtinenti anteq̄ȝ ad alia diuertāt vota illa publicent in cōi in p̄sentia capl̄i. et si plures electi sunt: fiat hinc ⁊ inde collatio numeri ad numerū/meriti ad meritū/zeli ad zelū. ⁊ sic collatione habita nō obstāte appellatione alicuiꝰ is eligat̄ in quē oēs vel maior pars ⁊ sanior cōsētit. Scđa forma est vt eligendi ptās aliquibꝰ viris idoneis cōmittat̄ q̇ vice omniū ꝓuideāt ecclesie viduate de pastore. Aliter vero q̄ȝ dictum est duobꝰ modis p̄dictis electio fctā nō valeat. Tertia vero forma est si q̄si p inspirationē diuinā cōiter ab oībꝰ absq̄ȝ vitio electio fuerit celebrata. Qui vero ꝯtra p̄dictas formas eligere attēptauerint eligēdi ea vice ptāte priuent̄. Postmodū dicit̄ ꝙ nullꝰ in electiōis negocio ꝓcuratorē ꝯstituat nisi sit absens in eo loco vnde debeat aduocari: ⁊ si iusto sit impedimento detentus vt venire nō possit sup hoc si opus fuerit fidē faciat iuramēto: ⁊ tūc si voluerit cōmittat alicui de capl̄o vices suas. Et ī fine reprobat papa clādestinas electiōes: statuēs vt q̄ȝcito electio facta fuerit solēniter publicet̄. ¶ Nota hic tres formas canonice eligendi. ¶ Itē ꝙ vbi sunt plures ī electiōe vocē habētes debet fieri collatio numeri ad numerū/meriti ad meritū/zeli ad zelum. ¶ Item appellatio ne fiat electio s̄m formā canōicā nō valet. ¶ Itē absens in loco de quo debet vocari pōt cōstituere procuratorem in electione. ¶ Item clādestine electiones in iure sunt reprobate. ¶ Item q̇c quid hic dicitur pro notabili habeatur. Ber.

[a] īminēt ecclesijs[a] viduatis. ¶ Statuimus vt cū electio fuerit celebrāda: p̄ntibꝰ oībus q̇ debēt[b] et volūt[c]/et p̄nt cōmode[d] interesse: assumant̄ tres de collegio[e] fide digni: q̇ secrete[f] et sigillatī vota cūctoꝝ diligēter exq̇rāt † ⁊ ī scriptis redacta[g] mox[h] publicēt[i] in cōi: nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto: vt is collatione[k] hītā eligat̄: in quē oēs vel maior et sanior[l] ps capl̄i ꝯsentit. ¶ Vel saltē eligēdi potestas aliquibus viris[m] idoneis cōmittatur: q̇ vice[n] oīm eccl̄ie viduate ꝓuideāt de pastore. ¶ Alit̄ electio facta nō valeat. Nisi forte cōmuniter esset ab oībꝰ quasi p inspirationem absq̄ȝ vitio celebrata. ¶ Qui vero cōtra p̄scriptas formas eligere attētauerint: eligendi ea vice potestate priuentur[o].

¶ Interdicit ꝓcuratorem in electionis negocio cōstitui: nisi cōcurrāt hic contēta vsq̄ȝ ad. §. electiones. h. d. Abbas siculus.

¶ Illud autē penitus interdicimus: ne quis in electionis nego

† al. ī qui rant.

¶ Glo. seq. querit ar. negatiue. ponit opi. ad illā partē et soluit cōtrariū. Finis recitetur per aliā questionem.

a ¶ Ecclesijs viduatis. Per hoc videt̄ ꝙ loquit̄ tm̄ de electiōibꝰ prelatoꝝ. i. epoꝝ nō canonicoꝝ. Sed nūquid extēdemꝰ istā constitutionē ad oēs dignitates etiā ad nō cathedrales: ⁊ ad plebanatꝰ/ ⁊ ad alias dignitates q̇ prelatos habēt ī ecclesijs collegiatis? Nō videtur: cū ecclesie propter illas dignitates nō dicant̄ viduate cū habeant epm. Satis pōt dici ꝙ nō extēdit̄ ad alias dignitatis: sed tm̄ ad ep̄atus et regulares p̄laturas. vt. s̄. e. ne ꝓ defectu: tū de facto bene extendit̄ ad alias dignitates/ et de iure etiā bene pōt itelligi ꝯstitutio ista de illis p̄latis q̇ habēt iurisdictionē generalē in ecclesijs collegiatis: q̄ꝛ tales p̄lati spōsi quodāmodo appellant̄. xxj. q. ij. sicut in vnaquaq̄ȝ. Sed nō debet itelligi de dignitatibꝰ/seu ꝑsonatibꝰ in eccl̄ijs cathedralibꝰ: q̄ꝛ in vacatiōe illarū dignitatū nō dr̄ eccl̄ia viduata cū habeat ep̄m q̇ solꝰ est ibi maritꝰ. B.

b ¶ Qui debēt. Hoc ideo dicit: q̄ꝛ omnes qui habēt ius in electione sunt vocandi. s̄. eo. ꝙ sicut. Et qui sunt in quieta possessiōe eligēdi simul sunt vocandi. s̄. eo. ꝙ sicut. c. corā. et. c. bone. et de cōsuetu. si qua est. ī. de cau. pos. cum ecclesia.

c ¶ Qui volūt. Bene dicit q̇ volūt: quia si quis non vult interesse electioni: alij procedere possunt sine illo postq̄ȝ cōstiterit. s̄. eo ꝙ sicut. et ca. cum nobis. et ar. ī. eo. ecclesia vestra. vbi de hoc dicitur: et sic omnes vocandi sunt qui cōmode possunt vocari. Qui sunt vocandi dictū est. s̄. eo. corā. et. ī. eo. in genesi.

d ¶ Cōmode. Hoc ideo dicit: q̄ꝛ si cōmode et sine periculo vocari non possunt: nō sunt vocandi. s̄. eo. ꝙ sicut. §. j.

¶ Glosa sequens obijcit et soluit.

e ¶ De collegio. Per hoc videt̄ dari occasio discordie: q̄ꝛ faciliꝰ possent ipsi cōcordare in vnā ꝑsonā quē assumāt in p̄latū q̄ȝ in istos tres. ⁊ si discordāt canonici in eligēdo istos tres: eq̇ inq̇ret̄ de meritis ⁊ zelo eligētiū: sicut in electiōe epi. Dico ꝙ in istis inq̇sitoribus nō req̇rit̄ illa examinatio: q̄ꝛ ipsi nō eligūt sed inq̇runt vota fratrū. et hoc pōt fieri p quoslibet de capl̄o: dū tñ sint viri digni: et cā inq̇sitionis secrete fiat: q̄ꝛ quidā forte timore vel fauore timēt aliquem noīare in publico quē nominant in secreto: ⁊ libere noīat quē vult. Libera enī dȝ esse volūtas ī eligēdo †. viij. q. ij. dilectissimi. ⁊. s̄. eo. bone. ⁊. ī. c. ꝓxi. sicut in matrimonio carnali. ī. de spon. cū locū ⁊ preterea per hoc obuiatur malicijs quorūdam: qui statim eligebāt et appellabāt ne alij eligerēt. s̄. eo. ꝯsiderauimꝰ. per istam cōstitutionem malicijs et cauillationibus talium obuiatur.

† Per hoc dixit Host. ꝙ si ep̄s vl̄ aliꝰ de collegio cuius vultꝰ esset terribilis assumeret̄

f ¶ Secrete. Sicut testes ī secreto depōere debēt: vt liberiꝰ dicāt veritatē: al̄s nō valet dictū testis. ī. de testibꝰ. venerabili. ⁊. C. de test. nullū. ⁊. ī. de accusa. inq̇sitiōis. §. iij. al̄as non valet nisi fiat secrete.

inter hos scrutatores appellari posset hic cā adiecta: maxime si intenderet etiā alijs ī uitis aliquē ꝓmouere: si de hoc se iactasset. Jo. ā. ī no.

g ¶ Redacta. Per ipsos scrutatores vel p tabellionem. et ꝙ dicit secreto capl̄m tm̄ excluditur et non persone necessarie.

h ¶ Mox. Id est incōtinenti nullo actu ꝯ̄rio intermedio post vota q̄sita ⁊ vno ꝯtextu: sicut testm̄. ff. de testa. heredes palā. ī fi. optie pōit. sensum istiꝰ mox. ī. eo. cū post petitam. vbi cassat̄ electio: q̄ꝛ statī post collatōēȝ celebrata nō fuit. ar. ī. de testi. cog. p̄terea. q̄n̄q̄ȝ mox aliter accipitur. i. statim cum quodā tēperamento. x. dieꝝ. ff. de ꝯsti. pecu. ꝓmissor. et mox q̄n̄q̄ȝ dr̄ ad ānū. xx. q. ij. si in q̇libet. ⁊. c. puella. ⁊ cū q̇dā tēperamento siue spacio. ff. de solu. qđ dicimus. ff. ad le. fal. l. j. §. si ita. Itē q̄n̄q̄ȝ cū primū potuit. ff. ad tertul. l. ij. ī. §. itē ꝯfestī. ⁊ illico. i. vsq̄ȝ ad triduum. C. de iud. cū specialis. ⁊ C. de erro. aduo. l. vl.

i ¶ Publicent. Postq̄ȝ publicationem variare nequeunt electores. ī. eo. publicato. ⁊ ideo locum non habet appellatio: immo compellendi sunt ad electionem. vt. ī. eo. publicato.

k ¶ Collatione. Scȝ numeri ad numerum: vt sciat̄ in quem maior pars ꝯsentit: ⁊ zeli ad zelū: ⁊ meriti ad meritū: ⁊ numeri ad numeꝝ debet fieri collatio. hoc enī est forma electiōis q̄n̄ duo electi sunt: al̄s q̄n̄ vnꝰ. ⁊ sic nō est necesse: et sic tria ꝯferunt̄: numerꝰ ad numerū: meritū ad meritū: ⁊ zelꝰ ad zelū. ī. eo. in genesi. ⁊. c. eccl̄ia vestra. ⁊ ibi de hoc tractat̄. ⁊. s̄. eo. venerabilem.

¶ Glo. se. reci. p questionem. scȝ q̇ sint substātialia huiꝰ forme: ⁊ nūquid vocatio absentiū: numerus triū scrutatorum: et esse de collegio sint de substantia.

istā q cōtumaciā puni re non pōt mulctādo z sed in expēsis, cōdēnādo bñ: nam de interesse cognoscit. ff. eo. l. nō distinguem⁹. §. item non est cogend⁹ in fi. bm Jn no. s. eo. ex p te. et Hosti. dicebat Jo. et Uin. l. nō ex oibus intelligendā de actione arbitraria: in q arbiter cōtra contumacē facit ilitē iurari Jo. and.

† Alij libri si habent sup hoc sz loco ei⁹ habēt de inueniēdo rectore. bm Host.

Cum oli. Primo ponit cōsultatio. scdo rñsio ibi: nos igit.
Casus. Inter priorē sancti bartholomei lucani ex vna pte/z rectorē et fratres hospitalis sancti bartholomei ex altera sup eligendis rectore z fratribus in ipso hospitali qstio vertebat. sup hoc cōmissa fuit cā quibusdā iudicib⁹ tādem vtraq pars in ipsos iudices cōpromisit: et ipi protulerunt arbitriū: sup quo vtriq dubitatio est exorta: quā petiuerūt p sedē apo. declarari. dñs papa viso instrumēto arbitriū ptinente ac diligenter inspecto: inuenit q prior sancti bartholomei sm formā arbitrij tenetur habere cōsiliū cū familia hospitalis tractare z tractat cū ea de inueniēdo rectore. pter qd dicit pa. q nisi prior tractauerit cū familia hospitalis/z ipsius consiliū reqsierit sup inueniendo rectore: nō habet potestatē eligēdi rectorē: z si elegerit electio irrita erit: sed habito psilio et tractatu cū familia sup hoc. prior libere poterit eligere rectorē siue cōcordet/siue discordet familia cū ipso rectore. Nota q forma arbitrij seruanda est. Item aliquis tenet requirere consiliū alterius: sed nō tenetur illud sequi. Ber.

g Cōpromittens. Sic. s. eo. cū tēpore. vbi de hoc.
Glosa sequens primo hanc interpretationem adducit ad duo secundo obijcit. et soluit.

h Discordet. Per interpretationē hmōi arbitrij possum⁹ illud decretū interpretari. lxiij. dist. obeūtib⁹. Plerisq eni tenet quis q rere concilū: sed nō tenet seq illud. s. de reg. licet. C. de iure emphi. l. vl. ff. de admi. tu. qdā decedēs. §. papinian⁹. ff. vbi pupil. educ. debe. l. j. Itē et sm hanc interpretationē videt intelligēda illa decre. s. de elec. cū in veteri. vbi de hoc. Sed videt q supfluū sit petere cōsiliū qd qs sequi nō tenet. ar. C. de pba. ad pbationē. Sed certe pōt esse q tale psiliū sit vtile: qz pōt mouere porē ad aliqd faciēdū/ qd forsitā per se nō fecisset. ar. xxxj. di. nicena. z. ff. c. itē si vn⁹. §. vlti. als est lex. et incipit si in tres. Et qd a plurib⁹ querit facili⁹ inuenitur. xx. dist. de qbus. z. C. de fideicō. l. vl. ad fi. z ar. ad hoc. lxiiij. dis. extra pscientiā. Et diligens inquisitio faciēda est in electionibus. s. de elec. cū terra. Et habito psilio deliberet an expediat ei seq cōsiliū. ff. mā. l. j. iff. Et pterea sufficit q ita scriptū est. ff. qui et a qui. pspexit. z. vj. q. iij. scriptū est in lege. et. s. de prescrip. ad audientiā. Et qz istud arbitriū approbatū fuit a partibus: ideo seruandū est.
Glo. se. fortificat textū per tria iura. alle. v. iura in contrariū soluit distiguēdo ciuiles z spirituales causas. laicos solos: z mixtos clericis auctoritate pape et inferiorū.

† Et est stile qd dr in rta beati bndicti. ij. c. vbi sic dr. Conuocet ab bas oēm cōgregationē et audiens consiliū fratrū tractet apud se. et quod vtili⁹ iudicauerit id faciat. Seneca li. de quattuor vrtutib⁹ Prudētis est propriū examinare consilium. Jo. andree.

Contingit. Casus. Prohibet z i hoc capto ne sup rebus

Summarii diuisio. Cum dilect⁹. Corā arbitro nō habet locum recōuētio. Cōmunis diuisio. secūda ibi: nos igit. Ab. Casus. Reus conuentus in iudicio pōt recōuenire actorem suū. qrebat vtrū corā arbitris locū haberet recōuentio sicut in iudicio cū arbitria ad instātiā iudiciorū sunt redacta. Rñ. pa. q lz in iudicio cōuentus reconuenire valeat: cōuenientē tñ corā arbitris recōuētio locū nō hz: qz arbitri iudicare nō possūt nisi de his tm sup qb⁹ i eos extitit cōpromissum. Nota q recōuentio coram arbitris fieri non potest. Ber.
Glo. se. ponit. iiij. vel. v. casus in quibus nō procedit recōuentio.

e Non pōt. Cessat recōuentio corā arbitro. vt hic dicit. Item in criminibus nō habet locū recōuentio. iij. q. xj. c. j. quia nō relatiōe criminū: sed innocētia reus purgat. ff. de pub. iudi. is qui. item in causa spoliatiōis. s. de resti. spo. ex cōquestione. z meli⁹. s. de or. cog. super spoliatiōe. nisi de alia spoliatione vbi est hoc expssum. itē in omni momētanea possessione. C. qui legit. pso. l. vlti. Itē in spoliatiōe facta ecclesijs z ecclesiasticis viris. ar. s. de iure pa. relatum. §. ad hoc. et est expressum. ff. de iudi. l. ij. §. item si agatur.

Recōuentio cessat in multis.

Glo. se. potuisset aperti⁹ recitari distinguēdo cum Jo. et Uin. q arbitraria et iudiciaria conueniūt in principio medio et fi. cause.

f Nisi de his. Uel cis coherentibus sine qbus cā cōmode expediri nō pōt. vnde pōt statuere diē solutiōi faciēde. ff. e. si cū dies. §. vlti. z. l. qd tamē. §. solutiōi. z. l. celsus. Itē pōt cognoscere de cā in integrū restitutiōis q incidit i negocio de q cōpromissum est. s. de in integrū resti. cā restitutionis. Sed nunqd pōt cognoscere super petitione dupli. vt. ff. ad. l. aql. inde nerati⁹. §. pe. Uidet q sic: qz sequit ex delicto in arbitrio cōmisso. Sed ptra ar. est q nō cognoscit sup pena ptumacis. ff. e. qd tñ. §. vl. arbitraria redacta sunt ad similitudinē iudicior. ff. e. l. j. Circa istā materiā no. q arbitria stricta via incedūt: nil eni extra cōpromissum facere pōt arbiter. ff. e. nō distinguem⁹. §. vl. nā solū id venit in arbitriū de quo dictū est vt veniat. ff. e. si cū dies. §. plenū. saluo eo qd dicit in pn. notule: sed i iudicio veniēt oia q expsse nō phibent. s. de cā pos. cū ecclesia. z. ff. de iudi. solem⁹. Itē arbiter nō pōt punire ptumaciā litigatoris nec testes pōt cogere. ff. e. qd tñ. §. j. nisi in casu quē habes. s. de offi. dele. suspicionis. z hoc est verū q nō pōt punire cōtumaciā nisi in cōpromisso hoc actū sit. ff. de iudi. l. ij. §. vlt. et. ff. e. nō ex oibus † q intelligit

Arbitria in multis differūt a iudicijs. Arbitro multa sūt iterdicta.

† Dic per. l.

a phibem⁹: ne sup reb⁹ spūalib⁹ᵃ cōpromittat̄ in laicū: q̄z nō decet vt laicus in talibus arbitretur.

Idem pisano archiepō.

Auctoritate iudic[is] cause etiā delegati p̄t de cā spūali i clericū et laicū cōpromitti. Et si arbitrium ē a ptib⁹ receptū/ dz a ptibus executiōi mandari. lz p gnālē pcuratorē factū fuerit ɔpromissū. Si aūt nō fuit arbitriū approbatū: ꝛ pena fuit apposita: agit̄ ad penā al's ad interesse. h.d. gnāl'r inherēdo littere. Caplm. ix.

Per tuas lr̄as itimasti: q̄ cū sup executiōe arbitrij qđ iter hospitalarios scti Johānis et plebanū de piscia sup hospitali scti Allucij latum erat: a nobis lr̄as accepisses: et. j. Pleban⁹ pposuit q̄ ad cām tractandā pcuratori dedit gnāle mādatū ᵇ: nō tn̄ ei mādauit: vt sine speciali mādato cōpromittē posset vel transigere sup eo. Et p̄terea pcurator iā dict⁹ de assēsu canonicorūᶜ suorū nō fuerat institut⁹ et iō dicebat arbitriū nō valere: Presertī cū pcurator fines mādatiᵈ excesserit. Et arbitriū fuerit p vnū clericū et duos laicos pmulgatū: lz ipsi de assensu Genueñ. archiepi cui cā ɔmissa fuerat arbitriū ptulissent: ꝛ. j. Sup quo. f. t. t. r. q̄ si ex parte plebani arbitrium receptū fuerit: indisticte ratūᶜ h̄ri dz: ac p hoc iuxta tenorē mādati ap. executiōi mādari. Si v̄o receptū nō fuerit: refert vtrū fuerit vel nō: de obs̄uādo ipm pena statuta. Et q̄dem si pena apposita fuit: agi p̄t ad penā. at si nll'a statuta fuerit: lz simplicit̄ fuit q̄ staret̄ s̄nie ɔpromissū: pcurator ad interesse poterit ɔueniri: q̄z iuramento suo seipm psonal'r/ non eccl'iam poterit obligare. Qđ autē a duob⁹ laicis ꝛ vno clerico dr̄ esse prolatū: neq̄q̄z obuiare vr̄: cū auctoritateᶠ dicti archiepi factum sit cui cā de q̄ dr̄ cōpromissū fuerat delegata.

Hono. iij. archiepo coloñ.

Si per duos electos ad eādē platurā i discordia cōpromittit̄ i ordinariū: morte alteri⁹ cōpromittentiū expirat cōpromissum ordinari⁹ tn̄ ex ptāte ordinaria pcedit sup iure supstit[i]s añq̄z fiat trāsit⁹ ad aliā electionē. h.d. C. x.

Ex pte tua n̄ris ē aurib⁹ intimatū: q̄ vacāte p̄positura sancti cuneberti i colonia: canonici eiusdem ecclesie vota sua

spiritualibus cōpromittatur in laicū. ¶ Nota q̄ non valet compromissio facta i laicum de rebus spiritualibus.

a Spūalibus. Sic eni ptz q̄ de reb⁹ spūalibus in laicū compromitti nō pōt ēt incidenter: q̄z laic⁹ de talib⁹ cognoscere nō pōt. j. q̄ fi. sint legi. lator. Et eccl'iastica negocia tractare nō debent laici. j. de iudi. decernimus. Et de vniuersa eccl'ia male iudicat/ q̄ q̄rit iudiciuz laicorum. xj. q. j. placuit Sz ɔtra. ij. q. vij. nos si. et. xvj. q. j. plures. xxxij. di. §. verū. et. ij. q. v. mennā. nā ꝛ in infamē ɔpromittit̄. iij. q. vij. §. tria. in fi. Dicas q̄ de reb⁹ mere ciuilib⁹ quibus nullū spūale est annexū bn̄ p̄t cōpromitti in laicū. ar. hui⁹ ca. cum eni tm̄ prohibeat de spūalibus: de tēporalibus pmittit. ar. q̄z quod de vno prohibetur de altero cōceditur. xxv. di. qualis. j. e. exposita. Si vero cōpromittat̄ in laicū de reb⁹ etiā spūalib⁹ non tenet arbitriū vt hic. Sed si cōpromittat̄ i clericū et laicū auc̄te tamē supioris videt̄ q̄ valeat. tū quia nō simpliciter i laicū: tum q̄z auc̄te superioris. j. e. c. pxi. al's auctoritate propria hoc facere non possent: ꝛ magis dignū trahit ad se min⁹ dignū vt sic poti⁹ res valeat q̄z pereat. j. de conse. eccle. vel alta. qđ in dubijs. et. j. de verbo. sig. abbate. sed in laicū tm̄ compromitti etiam auctoritate epi non pōt sicut credo/ nisi auctoritate pape, vt xxxij. dist. §. verū. ij. q. v mennā. et. c. nos si. e. c. q. vij. q̄z eps. etiā cām spiritualē laico cōmittere nō posset: cū ius spūale nō cadat in laicum xcvj. dist. bene quidē. et arg. s̄. de elect. sacrosancta. et. c. messana.† Unde dico q̄ laic⁹ de reb⁹ spiritualibus nullo modo iudicare pōt nec p̄ncipaliter nec incidēter. Et q̄ ecclesiasticis psonis tm̄ causa spiritualis sit cōmittenda est. arg. s̄. de offi. deleg. cū te consulente. et. c. super questionum. §. fi. v̄. qđ si.

† Per que iura ptz q̄ etiā sup electione plati vel clerici nō posset in laicū cōpromitti bz In no. Jo. an.

Per tuas. In prima parte ponit̄ cōsultatio. In secūda diffinitio al's distinguēs respōsio ibi: sup quo. Ab. Casus. Inter hospitalarios sancti Johānis/ ꝛ plebanū de piscia sup hospitali sancti Allucij q̄stio vertebat̄. causa sup hoc fuit cōmissa ianueñ. archiepo. Tādem pcurator plebani cū parte altera auc̄te ianueñ. archiepi iudicis delegati cōpromiserūt de q̄stione illa in vnū clericū et duos laicos iuramēto a pcuratione plebani interposito. illi protulerūt arbitriū: hospitalarij impetrauerūt lr̄as ad archiepm pisanū sup executione arbitrij. cū pleban⁹ nollet arbitriū obseruare. plebanus corā archiepo pposuit q̄ ad cām tractandā pcuratori dedit generale mandatū: nō tn̄ ei mandauit vt sine spāli mādato cōpromittere posset/ vel trāsigere. ꝛ pcurator ille de mādato capl'i sui nō fuerat ɔstitutus/ ꝛ ideo dicebat arbitriū nō valere: cū procurator fines mādati excesserit. et p̄terea arbitriū illud fuerat p vnū clericū et duos laicos pmulgatū: ꝛ ideo etiā nō valebat. archieps super his cōsuluit dn̄m pa. r̄ndit papa q̄ si ex pte plebani arbitriū receptū fuit: indistincte ratū debet haberi/ et executioni mandari f̄m formā mandati apl'ici. Si vero nō fuit receptū distinguit̄/ vtrū fuerit de obseruādo ipso pena statuta vel nō: si pena fuit apposita potest agi ad penā/ si nulla fuit pena statuta: sed simpl'r pmissum fuit q̄ staret̄ s̄nie arbitrorū pcurator ad interesse poterit cōueniri: q̄z iuramēto suo seipm psonaliter obligauit: et nō ecclesiā. q̄ aūt a duobus laicis et ab vno clerico dicit̄ esse latū: nō nocet: cū auctoritate dicti archiepi factū sit cui cā de qua ɔpromissum est: fuerat delegata. ¶ Nota q̄ procurator generaliter ad agendū vel defendendum dātus: non pōt cōpromittere vel transigere sine speciali mandato. Item pcurator de cōsensu capl'i ɔstitui debet. Itē pcurator fines mādati nō debet excedere. qđ si fecerit: eccl'a vel dn̄s nō tenetur: nec ei nocet vt hic patet. Itē iuramentū personale est: et ideo non obligat aliū q̄z iurantē. Item in laicū et clericū de re spiritua-li et auctoritate superioris pōt cōpromitti vt hic videt̄. Ber.

b Generale mandatū. Bene allegabat: q̄z licet haberet generale mandatū/ trāsigere tn̄ nō poterat seu cōponere. ff. de pcu. mādato. ꝛ. C. de trāsac. transactiōis. Sz si clausula de rato fuit apposita tūc videt̄ q̄ transigere possit aliter nō: q̄z adiectio illi⁹ clausule aliq̄d operatur. ar. ff. de vsur. si stipulat⁹. et. j. de relig. do. cū dilectus. et videt̄ expssum. s̄. đ trāsac. cōtingit. Sed obstare videt̄. ff. mā. creditor. §. vlti. Dic de hoc vt notatur in p̄dicto ca. cū dilect⁹. ꝛ vt dixi. s̄. de trāsac. contingit. in glo. que incipit. no. in fi.
¶ Glo. se. cū se. ordinati iustificat p̄mā: scđam: ꝛ t̄tiā allegationē plebāi.

c Canonicorū. Unde non valuit quod per eū factū fuit: si consensum canonicorū non habuit s̄. de pcu. c. j. et caplm si ne consensu p̄lati agere nō pōt. j. de iudi. cām q̄. De hac materia dictū ē s̄. de rescript. edoceri. et s̄. de procu. c. j.

d Fines mandati excesserit. Un̄ nō valuit qđ vltra fecit. s̄. de of. de leg. cū oli. et. C. de pcu. si pcurator. et. ff. mā. diligēter.† ꝛ. s̄. de rescrip. cum dilecta.
¶ Glo. se. iustificat mandatū pape dicens id sumi ex tribus. ll. in fi. que rit opponendo. ꝛ soluit.

† Sequit̄ fines mandati custodiēdi sunt. Jo. and.

e Ratū haberi debz Licet pcurator non habuisset mādatū ad hoc: ex quo tn̄ clerici ratum habuerunt arbitriū est obseruandū. et vz. ff. de procu. mādato. et. s̄. de transac. contingit. Idē esset si egressus fuisset fines mādati. ex quo ratū habuit dn̄s factū procuratoris. s̄. de offi. dele. cū olim. Idē esset et si nullū mandatū habuisset postq̄z ratū habuerūt qđ eorū noīe fecit. ff. de iudi. lz vex. ideoq̄z debet arbitriū executioni mādari. vt hic dicit. Et qđ dicit̄ hic colligit̄ de trib⁹ legib⁹. Si eni arbitriū a partib⁹ approbat̄ vel etiā silētio. x. dierū/ ex eo dat̄ actio ꝛ exceptio. C. co. cū antea. Si v̄o arbitriū nō fuit receptū ꝛ pena fuit apposita tūc agit̄ ad penā. C. e. l. j. et ita p penā ad seruandū arbitriū quis ɔpellit̄. s̄. co. dilecti. Si nulla fuit pena statuta: sed simpl'r ɔpromiserant stare arbitrio: agi pōt ad interesse ex stipulatu. et hoc vltimū colligit̄. ff. e. diē. §. vl. ff. si q̄s in ius vo. nō ierit. l. vl. vnde iste pcurator tenet̄ f̄m istā dist. ad penā vel ad interesse cū ipse seipm etiam suo iuramēto psonaliter obligauit si nō habebat ad hoc mādatū. Sed q̄liter agit̄ ɔtra pcuratorē cū ipe nō intēderit se obligare: nec aduersarij intēdebāt eū sibi obligare? Sed iō cōuenit̄ q̄z se obtulit defensioni aliene/ cū nō haberet mandatū sufficiēs ad hoc. ff. de pcu. plauci⁹. et licet pars aduersa nō intēderat eū sibi obligare: tn̄ obligabat̄ vt dicit lex: q̄z sepe extra id qđ agitur nascitur obligatio. ff. cōmoda. si is in fi.

Arbitrio non seruato ad q̄d agitur.

¶ Glo. seq. notat q̄ deleg ꝛc. signat contrarium et soluit.

f Auc̄te. Et ita auc̄te supioris pōt cōpromitti in laicū ꝛ cl'icū simul de reb⁹ spūalib⁹. de h̄ dictū est. s̄. c. pxi. Itē vr̄ hic q̄ delegat⁹ mādauit s̄niam arbitri executiōi. ꝛ si ipse nollet pcedere q̄ delegatus possit arbitrū compellere et non ordinari⁹. ar. C. de iudi. l. vlti. Ar. ɔtra. j. de fo. cōpe. si q̄s ɔtra. Sed hoc verū est qn̄ delegat⁹ dat̄ vel ad exequēdū arbitriū ‡ vel ad cōpellendū arbitrū. al's ordinari⁹ dz ɔpellere arbitrū vt procedat. ff. e. l. iiij. §. ait pretor. Ber.

‡ Uel non arbiter assūptus sit ad cognoscendū de recusatiōe legati. s̄. de offi. deleg. suspitiōis. J. an.

Ex parte. Morte alterius cōpromittētium expirat cōpromissum. Primo ponit̄ consultatio. Scđo r̄nsio ibi: breuiter. Ab. Casus. Uacāte prepositura sancti cuneberti in Colonia: canonici eiusdē ecclesie vota sua diuiserunt in duos: quidā elegerūt. H. de iuliaco: et quidā alij elegerunt. C. de lombardia. Postmodum cū partes essent in p̄sentia colonieñ. archiepi/ ꝛ tractarēt sup hmōi electiōib⁹: in ipm sup hoc fide p̄stita cōpromiserunt. Qui cause meritis diligenter auditis et intellectis: diē ad ferendā diffinitiuam sententiā partib⁹ assignauit: pendente dilatione alter electus. H. de iuliaco de medio est sublatus. Archieps hoc audito canonicis

diuiserũt[a] ĩ duos. videlʒ. H. ð Juliaco. ⁊ C. de lõbardia: ⁊. j. Cũq; postmodũ tractaretur super electiõe hmõi: ⁊ ptes eẽnt ĩ tua p̃ñtia ↄstitute: ĩ te demũ sup hoc fide[b] p̃stita cõpromittere curauerũt: q̃ cause merit[is] diligẽter ĩspectis: ad ꝓferẽdã diffinitiuã sententiã: diẽ ipsis ↄsentientib⁹ p̃fixisti. Interim vero p̃fato. H. ab vna pte electo sublato de medio supradict[is] canõicis ĩhibere curasti[c]: ne (tua pendente sñia) ꝓcederetur ad electionẽ aliã faciendã: quoꝝ q̃dã nihilominus. B. coloniẽ. canõicũ elegert. Die igit quo sñia ꝓferri debuit: ĩ tua p̃. ptib⁹ cõstitutis: dictus. B. allegauit[d]. q̃ ꝓcedere vlteri⁹ non deberes: Quapropt tibi edoceri a nobis hũiliter postulãti. Breuiter rñdem⁹: q̃ lʒ arbitriũ[e] sit finitũ p morte ipsius. H. ꝓus tñ de p̃me electiõis merit[is] debuisti cognoscere[f] q̃ ꝓcessus fieret ad secundã. nã si dict⁹. C. supstes ĩ electione ius hʒ: secũdã ↄstat penit⁹ nõ valere. Idẽ electo et abbati sancti zenoñ. et. C. canonico. veroñ.

Arbiter post rẽ iudicatã sup discordijs nouis assũpt⁹ nõ pt p suũ arbitriũ sñiam imutare: et si de cõponẽdo inter partes mandatũ acceperit a papa. Ca. xj.

Exposita nobis feltreñ. et belueñ. electi petitio cõtinebat: q̃ cũ cã q̃ inter antecessorẽ suum ex pte vna: et ciues teruisinos ex altera: sup districtu et reb⁹ alijs ꝟtebat p sñiam hostieñ. epi tũc ap. se. le. fuerit terminata et. j. Tandẽ super q̃busdã discordijs q̃ hĩcinde videbant exorte[g] in ducẽ venetoꝝ tãq; in arbitrũ cũ pte alt'a ↄpromisit[h]: ⁊. j. Lʒ aũt eidem duci lr̃as nr̃as miserim⁹: vt ad ↄponẽdũ inter ptes laborare deberet: cũ tñ intẽtionis[i] nr̃e non fuerit ĩmutare sñiam ipsam: vel sopitas p eã q̃rimonias suscitare: mãdam⁹ q̃ten⁹ (p̃fatis lr̃is nõ obstãtib⁹) q̃cq̃d p p̃noiati duc[is] arbitriũ ↄ̃ ipsi⁹ legati sententiã ĩuenerit[is] eẽ factũ: ĩ irritũ reuocet[is][k], ei districti⁹ ĩhibentes ne vlteri⁹ ĩ ↄpromisso procedat: eũdẽ ad restitutionẽ obsidũ[l] occasiõe illius cõpromissi sibi datoꝝ vt ipsi⁹ arbitriũ fuaret p cẽsurã eccl'iasticã cõpellentes. Gregorius nonus decano et mgr̃o. P. cañ. scti petri atrabateñ. dyoce.

Nõ valet ↄpromissum factũ ĩ duos siue plures hoc adiecto vt in casu discordie eligat terti⁹ per eosdẽ vel alios. h. d. Ca. xij.

Innotuit nob[is] Guilielmo laico conquerente: q̃ cum G. laic⁹ ipm sup quadã sũma pecunie corã iudicib⁹ auc̃te apl'ica ↄuenisset: tãdẽ fuit a ptib⁹ in duos arbitros ↄpromissũ: sic tñ q̃ si illi duo adinuicẽ discordarẽt: tertiũ adderẽt iudices noiati/retẽta penes se ↄpellendi ptes ad obseruandũ arbitriũ p dictos ar

prohibuit ne pendẽte sua sñia ad aliã electionẽ ꝓcederẽt: sed q̃dã coꝝ nihilomin⁹. B. colonieñ. canonicũ in p̃positũ elegerũt die quo debebat ferri sñia. partib⁹ corã archiep̃o ↄstitutis. dict⁹. B. allegauit q̃ archiep̃s vlteri⁹ ꝓcedere nõ debebat: cũ p mortẽ alteri⁹ ↄpromittẽtis videat ↄpromissũ finitũ. archiep̃s cõsuluit sup h̃ dñm papã. Rñ. pa. q̃ lʒ compromissum p mortẽ ipsius. h. sit finitũ: prius tamẽ de meritis prioris electionis cognoscere debuit q̃ ꝓcessus fieret ad secũdã: q̃ dict⁹. C. superstes ius habet: scđs vero nõ. ¶ Nota q̃ finitur cõpromissum p mortem alteri⁹ cõpromittentis/secus in iudicio.

a ¶ Diuiserũt. Qđ non est nouũ nec rep̃hensibile. viij. q. j. nõ est nouũ. ⁊ lxiij. dist. c. vlti.

b ¶ Fide prestita. De q̃ habes. s̃. eo. cũ tpe. ſm leges nõ debent iurare: sʒ penã possũt ptes apponere. in autẽ. de iudi. §. quia vero. col. vj. et. C. e. auc̃. decernimus.

c ¶ Curasti. Et bñ: q̃ pẽdẽte electione illi⁹ superstit[is] nõ ẽ alia electio celebrãda. s̃. de elec. cõsiderauimus. et ista electio p̃mo debuit reprobari q̃ fieret trãsit⁹ ad scđam. j. de cõcess. p̃ben. post electionẽ. ad fi. ⁊. s̃. de elec. audit[is]. vbi de h̃. ¶ Glo. se. ponit duo que fortificãt allegata p. b. ⁊ eis respondet.

d ¶ Allegauit. Et male vt declarãt sequẽtia: q̃ p̃mo ↄstare debuit de hac electione vt dictum est in p̃ma notula: sʒ mouit eũ forte: q̃ dicit lex q̃ mortuo altero ex litigatoribus: q̃ dederat fideiussorẽ iudicio sistendi cã: p̃tor nõ dʒ eũ iubere ammodo exhibere. ff. q̃ satisda. co. si decesserit ⁊ sñia lata post mortẽ litigatoris nõ vʒ. ff. de re iudi. in sentẽtijs. §. vl. l. seq. Sed hoc nõ est verũ generaliter: immo sñia dʒ ferri post mortẽ saltẽ ꝓpter accessoria. ff. de rei ven. vtiq;. et mortuo eo qui appellauit necesse est heredibus cãm finiri. C. si pẽdẽ. ap. mors interueniat. et. l. j. quasi p to. Ita et hic necessaria est sñia q̃tũ ad canõicos q̃ q̃si heredes sunt quo ad ius eligendi si alteri⁹ electio cassef: et q̃tum ad aliũ electũ vt sciatur an sua electio sit canonica: p mortẽ alteri⁹ nõ pdit iste ius suũ nec acquirit si ius nõ habebat: ideoq; debuit iudex cãm finire anteq; sic terti⁹ eligeretur vt de oĩb⁹ ↄstaret. Sed illa videbat melior allegatio q̃ vlteri⁹ nõ procederet: q̃ cũ ipse cognosceret tanq; arbiter ex cõpromisso: et cõpromissũ finiat morte litigatoris: vt hic dicit. et. ff. e. diẽ ꝓferre. §. j. et. l. sed interpellat. vlteri⁹ cognoscere non debebat. Sed lʒ sit finitũ cõpromissũ per mortẽ alteri⁹/tñ ꝓcedere põt cũ sit iudex ordinari⁹ suo iure ꝓpter rõnẽ q̃ reddit. s̃. ⁊ in ip̃a lr̃a inferius. nec vt ver⁹ arbiter cognoscebat. ar. j. de preben. nisi q̃ de matrimonio carnali in arbitrũ cõpromitti nõ põt. s̃. de transac. c. vl. et. s̃. de integ. resti. ca. pe. in fi. et hic de matrimonio spũali agit. al's arbiter post mortẽ alteri⁹ litigatorũ nõ procederet nisi iterũ cõpromittat in ipso a successoribus per leges predictas proximo.

Canonici sunt quasi heredes q̃ ad ius eligẽdi ⁊c̃.

e ¶ Arbitrium. i. compromissum. ff. eo. diem. §. j.

f ¶ Debuisti cognoscere. Ut ordinari⁹ vt dixi. al's si ordinari⁹ nõ fuisset nõ posset cognoscere vt dictũ est. Et sic habes q̃ in ordinarium põt compromitti. s̃. e. cũ tẽpore. vbi de hoc.

Diuisio.

Exposita. Cõis est diuisio. scđa ibi: licet aũt. Ab. ¶ Casus. Inter ep̃m feltreñ. et belueñ. ex vna pte: et ciues teruisinos ex altera/sup districtu seu iurisditiõib⁹/et reb⁹ alijs q̃stio vertebatur: que p sñiam hostieñ. ep̃i apl'ice sedis legati fuit terminata: tãdẽ occasione ipsius sñie q̃dã discordie orte fuerũt inter eos. sup q̃bus discordijs ptes cõpromiserũt in ducẽ venetoꝝ: ⁊ vt eius arbitriũ seruaret: obsides sup hoc ab vtraq; pte recepit. papa ĩsup eidẽ duci mãdauit vt ad cõponẽdũ ĩterponeret ptes suas. Itẽ dux cõtra sñiam legati ĩiquũ ꝓtulit arbitriũ. ep̃s feltreñ. ↄq̃stus fuit dño pape. et ipse scribit q̃busdã iudicib⁹ sup hoc dicẽs. q̃ licet eidẽ duci litteras suas misisset vt ad cõponendũ interponeret ptes suas: nõ tñ fuit sue intẽtiõis ĩmutare sñiam legati/vel suscitare q̃stiones p eũ sopitas. Uñ mandat q̃ten⁹ nõ obstantib⁹ lr̃is illis q̃cq̃d p p̃dictũ ducẽ factũ inuenerint: cõtra sñiam p̃dictã debeant irritum reuocare. districtius p̃hibẽtes eidẽ ne vlteri⁹ in cõpromisso procedat. ⁊ cõpellentes eũdẽ p cẽsurã eccl'ia. ad restitutionẽ obsidũ datorũ vt ipsi⁹ arbitriũ seruetur. ¶ Nota recurrendũ esse ad intentionem scribẽtis. Itẽ arbiter ð alio arbitrari nõ debet nisi de quo cõpromissũ est: qđ si fecerit nõ valet et ita forma cõpromissi seruanda est. Ber.

g ¶ Exorte. Ex hoc pʒ q̃ cõpromissum nõ fuit factũ sup his q̃ ĩ sñia cõtinebant: sed sup discordijs q̃ postea orte sunt. ¶ Glo. se. obijcit ⁊ soluit

h ¶ Cõpromisit. Supple q̃ ↄtra sñiam veniẽs ĩiquũ arbitriũ ꝓmulgauit. et sic põt cõpromitti in laicũ de reb⁹ ciuilib⁹ vt h̃ dr: sʒ nõ ð spũalib⁹. vt. s̃. e. ↄtingit. vbi de h̃. Sʒ q̃liter potuit cõpromitti in ducẽ de his sup q̃b⁹ sñia lata erat: nam transactio siue ↄpositio fieri dʒ de re dubia et lite ĩcerta. ff. de transac. l. j. sʒ cũ res hic certe erãt p sñiam a q̃ non fuit appellatũ nec supplicatũ. ⁊ iõ trãsigi siue compromitti nõ potuit †. C. de trãsac. si cã. ⁊. ff. ð trãsac. et post rẽ. ⁊. ff. de condi. inde. elegãter. §. si post. Ad q̃d ↄpromissum fuit hic de certa re: hec dubitatio soluit in lr̃a. q̃ nõ fuit ↄpromissum ad hoc vt sñia mutaret: sed vt illi duo duce mediãte desisterẽt ab ĩiurijs q̃s faciebãt ep̃atib⁹ illis. vt. j. sequit.

Trãsactõ nõ põt fieri super certo.

† Host. stabat huic obiectioni dicens ꝓpter hoc compromissum nõ valuisse. Jo. and.

i ¶ Intẽtiõis. Semp recurrendũ est ad intentionẽ scribentis. vt hic dicit. et. s̃. de ꝓcu. petitio. et. s̃. de off. or. licet. ⁊. s̃. de vsup. ex tua rũ. et. j. de p̃ben. cũ cãm. ⁊. c. vl. q̃ ei⁹ est interpretari cui⁹ est cõdere. j. de sen. excõ. inter alia. ⁊. xj. q. j. §. ex his. ¶ Glo. seq. obijcit et soluit.

k ¶ Reuocetis. Sed videt q̃ arbitriũ tale non sit reuocãdum siue sit equũ siue iniquũ. ff. de arbi. diẽ. §. stari. Dicas ergo q̃ siue q̃s fuerit arbitrator siue amicabilis cõpositor nõ est standũ iniquo arbitrio. sed reducendũ ‡ est ad arbitriũ boni viri. ff. ꝓso. l. societatẽ. §. arbitroꝝ. imo ⁊ si iurasset debet reuocari. j. de iureiur. quĩtauallis. et. ff. de ritu nup. q̃q;. ff. de ope. li. si libertus. siue etiã arbiter fuerit et eodẽ modo non est standũ iniquo arbitrio. s̃. eo. c. j. et. ij. ⁊ p̃terea ideo reuocat: quia iã latũ erat cõtra sñiam directe: sed sup hoc nõ fuerat cõpromissum vt sñia reuocaret p arbitriũ ſm q̃ in lr̃a dicit et arbitriũ nõ extẽdit nisi ad ea tm̃ de q̃bus cogitatũ est et expressum in compromisso. s̃. eo. cum dilecti. vbi de hoc. Ber. ¶ Glo. se. alle. tres cõcor. et duo iura in contrariũ. et soluit.

‡ Quo iure ⁊ ĩfra q̃d tẽpus: ⁊ q̃d de illo q̃ iurauit hic ñ petere, vide in spe. ð arbi. §. fi. ꝟ si. itẽ q̃d si cõpromissũ ⁊ trib⁹ ꝟsi. se. Dy. in regl'a scienti de re. iu. li. vj. tenet de illo q̃ id ꝓmisit sub pena q̃ nõ incidit ĩ penã. Jo. an.

l ¶ Obsidũ. Sic. j. de iureiur. ex rescripto. ⁊. xxiij. q. vl. vt pridẽ. et ff. qui testa. fa. pos. obsides. Sed ↄtradicunt leges: q̃ liberi hoĩes obligari nõ possũt. C. q̃ res pig. obli. pos. q̃ filios. ⁊. j. de pigno. lator. Sol. obsides bene dari possunt vt dicunt iura primo inducta. nec dicuntur obligari loco pignoris: sed tenent obsides vt fiat qđ iter partes conuenit: et ita cum solutum sit arbitriũ et reuocatũ debẽt obsides restitui † quia sublato principali et accessorium. j. de fide instru. inter dilectos. j. de fo. cõpe. si diligenti.

† Nõ videt hec solu. sufficiens. Hostiẽ. ħʒ quã idẽ esset de pignore: remittit autẽ ad not. in. c. ex rescpto. et qđ no. de pigno. c. ij. ſm Goff. Jo. and.

Innotuit. Nõ vʒ cõpromissum de incerta persona in arbitrũ

Diuisio. assumēda.h.d.quo ad titulū. Primo pōit factū. Scdo dat iudices ibi:ideoqȝ.Ab. ¶ Casus. Quidā laicus.C.noīe impetrauit lras ꝯtra Guil.laicū sup quandā summā pecunie ad quosdā iudices de legatos:corā quib⁹ dictus guil.tentus:ī cām tandē fuit a partib⁹ in duos arbitros cōpromissum:ita ꝙ si illi duo adinuicē discordarent:tertiū adderent iudices noīati:retenta penes se ptāte cōpellendi ptes ad obseruandū arbitriū p dictos arbitros ꝓmulgandū: sed cū dicti arbitri nō possent eē cōcordes:dicti iudices tertiū adiūxerūt qui cū altero illoꝝ dictū guil. condēnauit: idem guil. a dictis iudicibus compellebaꝛ sententiā obseruare.inde sentiēs se agrauari ad se.apost.appellauit.Sed ipsi ei⁹ appellatione contēpta:tulerūt excōicationis sententiā in eūdē.vnde mādat pa. quaten⁹ si ita ē: dictam sniam denūciēt esse nullā: cū iure sit ciuili statutū:vt compromissum de īcerta persona assumēda in arbitrū nō tenet.¶ Nota ꝙ compromissum de incerta ꝑsona in arbitrū assumēda/nō tenet. Itē snia excōicatōis post legitimā appellationem lata nulla est.Bernardus.

¶ Glo se.dat silr de iudice.scda pars reci.per.q. an potuerint delegati sibi retinere executionē arbitrij.

bitros ꝓmulgandū nihilomin⁹ ptāte[a].Cūqȝ tertius arbiter a iudicib⁹ pdictis elect⁹ cum altero duoꝝ ipm pti alteri cōdēnasset: idem ex eo sentiens a sepedictis iudicibus se grauari:ꝙ ipm ad obseruantiā hmōi arbitrij compellebant nostrā appellauit audientiā:sed ipsi appellatiōe contēpta excōicatiōis tulerūt sniaȝ in eūdem.¶ Ideoqȝ mādamus q̄tenus si est ita: cū legali[b] sit ꝓuisiōe statutū:vt cōpromissū de incerta ꝑsona in arbitrū assumēda nō teneat:dictam excōicationis sniaȝ denūcietis penit⁹ nullā esse.

Idē abbatisse ⁊ ꝯuētui iotreñ.

¶ Valet cōpromissum factū in vnū vel ī plures vt ipsi ꝑ se cām diffiniant/vel p alios quos ipsi elegerint.h.d.ꝺm intellectū quē sensit glo.hic et Inno.i.c.pcedēti q̄ placet mihi panor.

Ca.xiij.

Cum a nobis petiit:et.j. Ex pte vr̄a fuit ꝓpositum:ꝙ oli inter vos et senoñ.archiepm q̄stiōe suborta sup eo ꝙ idem archieps asserens monasteriū vr̄m metropolitico iure sibi subesse: procurationes ⁊ res alias exigebat a vobis.Tādem in.R.sancti angeli dyac.cardia.tūc aplice sedis lega.a ptib⁹ ꝯcorditer[c] ꝯpromisso et ꝓmisso sub certa[d] pēa ꝙ arbitrio seu ordiatiōi eiusdē vel duoꝝ mediatoꝝ[e] quos idē sup h̄ deputaret precise parerent mgr̄ P.capellan⁹ noster:et.J.archidyacon⁹ senoñ. mediatores ab eodē sup h̄ deputati legato:ordinādo ⁊ diffiniēdo cām hmōi terminauerūt.¶ Nos igiꝛ qd̄ p pdictos mediatores sup hoc actū ē: aucte aplica ꝯfirmam⁹.Idem.

¶ Cōpromissum añ sniam latā finiꝛ morte alteri⁹ ꝯpromittētiū vnde nō trāsit in heredes ꝯpromittentiū nisi de eis sit cautū in cōpromisso.h.d.cōprehendendo mentem capituli.

Ca.xiiij.

Compromissū nō extēdiꝛ in compromittentis heredes[f]:si de ipsis nō caueaꝛ ibidē.

¶ Finit Liber.j.

Cum a nobis. Primo ponitur factū. Secūdo confirmatio ibi:nos igiꝛ. Ab.sic. ¶ Casus. Inter abbatissam et cōuentū iotreñ.monasterij/⁊ archiepm senoñ. vertebatur q̄stio sup eo ꝙ idē archieps dicebat monasteriū ipm metropolitico iure sibi subesse.petens ꝓpterea ab ipo monasterio procuratores et res alias. Tandem concorditer a partib⁹ compromissum fuit in.R. sancti angeli dyaconū cardīalē aplice sedis legatū.et cōpromissum fuit sub certa pena ꝙ pcise pareret arbitrio seu ordinatiōi eiusdē/vel duoꝝ mediatorū quos idē cardinalis sup hoc deputaret. Legat⁹ sup hoc deputauit magistrū. P.capellanū dñi pape.⁊.J.archidyaconū senoñ.mediatores et ipsi ordinādo et diffiniendo causam. hmōi terminauerūt. postmodū petiuerunt partes a dño papa vt ordinationē et diffinitionē predictā ꝯfirmaret:et ipse qd̄ per dictos mediatores sup hoc factū fuit: cōfirmauit.¶ Nota ꝙ hec decre.nō ꝯtradicit iuri: qꝛ licet ī certo arbitrio cōpromitti nō possit:tamē sic potest cōpromitti ꝙ valeat arbitriū qd̄ laudatum fuerit arbitratu cardinalis.ff.de arbitr͛ si ita.Ber.

a ¶ Potestate.Sic ēt cōpromittiꝛ in iudicē retēta delegata potestate.j.de pbē.nisi.et.j.de psump.lras.⁊ tūc iudex pōt vti delegata iurisditiōe si expedierit ⁊ arbitraria ptāte: vt ī decre.nisi. sȝ hic non poterat retinere hmōi arbitrij executionē/nisi per prorogatiōnē iurisditionis de cōsensu partiū que hic interuenit:sed hic nō valuit prorogatio:qꝛ nō valuit cōpromissum de incerta persona assumenda:et sic non poterat fieri executio:licet intēderēt prorogare iurisditionē delegatā de vno negocio ad aliud.B.

¶ Glo.seq.dat simile de iudice ꝓcuratore et tutore.signat cōtrariū decre.ꝓxi.et ibi remittit.elicit tria argumēta.signat contrariū decre.cū speciali.et dupliciter soluit.

b ¶ Legali. Ut.ff.c.itē si vnus.§.si in duos.qꝛ cōpromissum de incerta ꝑsona nō valet vt ibi dicit:quia in assumēda illa tertia persona isti iudices poterāt dissentire † ⁊ sic res sine exitu futura est. Ar.cōtra.j.ca.ꝓxi.Sed ibi soluiꝛ.Et sic iudex cert⁹ esse debet:al's nō valet cōmissio.s.de rescrip.ad hoc.et sic ꝓcurator cert⁹ esse debet.ff.de ꝓcur.l.ij.sic et tutor incert⁹ dari non pōt.ff. de testa.tute. tutor incertus.et.l.duo sunt titij.et insti.de leg.§.tutor.⁊ ideo cum a principio nō tenuerit cōpromissum:licet fuerint postmodū cōcordes in assumēda tertia persona:nō tamē tenuit arbitriū.⁊ sic nec sententia etiā excōicationis ꝓpter hoc lata.Et sic est ar.ꝙ si principale nō tenet/nec accessoriū.j.de fo.ꝯpe.si diligēti.et.j.de fi.instru.inter dilectos.et.C.de legi.non dubiū. Item est ar.qd̄ ab initio nō tenet postea nō cōualescit.ff.de reg.iur. qd̄ ī initio.⁊.xvj.q.iij.§.potest.v.qd̄ si priuat⁹. Itē est ar. hic ꝙ licet res ad cū casum ꝑueniat a quo pōt habere initiū:tamē nō valet:hic nō valuit cōpromissum quia terti⁹ arbiter incert⁹ erat. Sed manifeste ꝯtradicit.j.de app. cū speciali.vbi dicitur ꝙ duo arbitri sūt eligēdi:et si cōcordare nō possunt/assumant tertiū:et sic terti⁹ arbiter incert⁹ est:qualiter respōdebis? Pōt dici ꝙ illud est speciale in cā recusationis:quia illi arbitri nō dicunꝛ arbitri:imo quasi naturā iudicū sapiūt:quia iurisditionē videtur habere.ar.s.de of.dele.suspitiōis.Uel dicas ꝙ nō est cōtra:ibi enī statuit ius ꝙ duo arbitri eliganꝛ a partib⁹ qui de suspitionis causa cognoscāt:⁊ si illi duo nō cōcordant ipsi arbitri eligant tertiū.s.de offi.deleg.suspitionis:sed partes nō eligant illos:vt si discordes fuerint eligant tertiū.sed simpliciter eligant duos nulla mentione habita de tertio:et ius ostēdit ibi quid facere debeāt partes:et quid postea ipi arbitri: cū in fine non poterunt concordare.et etiā qd̄ dicit hic respicit ipm factum vt si tertius eligatur incertus nō teneat cōpromissum vt hic factū fuit. Si dictuȝ fuisset hic ꝙ certam personā eligerent si discordassent tūc valeret ff.eo.item.si vnus.§.si in duos.

c ¶ Concorditer compromisso. Et sic de re spirituali pōt in eccl'asticam personam compromitti.qd̄ verum est.s.eo. contingit.vbi de hoc.

d ¶ Sub certa pena.s.c.dilecti.cui tm̄ metu pene stabiꝛ.vt ibi.C. e.l.j.⁊ sic religiosi pñt exigere penā.q̄liꝛ ⁊ qñ h̄ liceat dr.s.e.dilecti.

¶ Glo sequens duo notat.et remittit.

e ¶ Mediatorum. Sic videꝛ ꝙ arbiter incert⁹ possit assumi:qꝛ h̄ nō fuit expressum de mediatorib⁹ istis. vnde signat ꝯ.s.c.ꝓxi.ff.e. itē si vn⁹.§.si in duos. Sed dicas ꝙ cardinalis nō fuit assumptus vt ver⁹ arbiter/nec illi mediatores: sed potius fuerūt amicabiles ꝯpositores q̄ de plano ⁊ sine ordine iudiciario/⁊ sine aliq̄ cognitione partes cōcordauerunt:⁊ hoc patet ex v̄bis illis arbitrio seu ordinationi.et ex eo ꝙ dicit inferi⁹ ordinādo ⁊ diffiniendo. vnde qd̄ factū fuit per legatū siue p illos q̄s ad hoc mediatores elegit tenet Uel si fuerūt arbitri adhuc cessant ꝯria:qꝛ hic nō fuit ꝯpromissum factum de incerta persona:sed partes dederūt ptātē legato vt ipse eligeret arbitros seu mediatores: et ipse elegit certos: ⁊ hoc nō est cōtra iura superi⁹ signata:⁊ ideo papa cōfirmat ordinationē illoꝝ: quia nec cardinalis poterat discordare:sed in superiori decre.potuerunt discordare:et ita nō contradicit.B.

Compromissum.Casus. Queriꝛ si cōpromissum ī arbitros extendaꝛ ad cōpromittētis heredes? Et rñ.ꝙ nō:nisi in compromisso de heredib⁹ fiat tātū.¶ Nota ꝙ cōpromissio nō transit ad successores:nisi de ipsis facta fuerit expressa mentio.Ber.

¶ Glo.seq.facit qnqȝ. Primo dicit vnde sumi potuit ca. Scdo pōit differentiā inter iudicia et cōpromissa:⁊ cām reddit. Tertio dat simile in pacto. Quarto dicit q̄d si alter cōpromittens solū expressit heredem. Quinto notat ⁊ dat simile de morte arbitri.

f ¶ Heredes. Hoc sumptū est de legib⁹ illis.ff.e. diē ꝓferre.§.j.et l.sed interpellaꝛ.§.si ab altera pte:sec⁹ est in iudicijs. iudiciū † enī trāsferꝛ ad heredes:q̄uis de heredib⁹ mētio nō fiat. C.de iur.calū. auc.pricipales.et hoc ideo qꝛ arbitria stricti iuris sunt: cōpromissum vero nō extendiꝛ nisi ad ea tm̄ de q̄b⁹ expsse in cōpromisso cauetur.s.e.cū dilecti.et.ff.e.nō distiguem⁹.§.de offō.nec ad alias ꝑsonas vt in legib⁹ predictis.sic pactū personale nō extendiꝛ ad heredes qñqȝ.ff.de pact. idem in duob⁹.§.ꝑsonale.et.l.iurisgentiū.§. pactorū.si alteri⁹ partis tm̄ heredis mentio etiā fiat morte nihilominus soluiꝛ cōpromissum:vnde ex vtraqȝ pte debet fieri mētio heredū.‡ al's nō transit ad heredes vt dicit lex pdicta.sed ⁊ interpellaꝛ.§.si ab altera.vnde meli⁹ diceret in cōpromittentiū heredes:⁊ ita soluiꝛ cōpromissum p mortē alterius cōpromittentis.s.eo. ex parte.et p mortē alterius arbitroꝝ.s.de offi.deleg.vno.B.

¶ Finis primi. ¶ Sequitur secūdus.

† Añ dicebat Inno. ꝙ arbitriū non fuit bñ fundatū qd̄ īcipiebat a dissēsu q̄re sup edificiū stare nō pt.j.q.j.principat⁹.qñ vero ꝯpromittitur ī duos tm̄ et dissentiunt cōpelluntꝛ eligere tertium.ff.e.si vnus.§.principaliter.hic enī ab initio iustū ⁊ firmū ponitꝛ fūdamētū. q̄uis edificando interuenire possit impedimentū et si interuenīat p mgr̄m operis.i.p iudicem remoueꝛ.tñ aliq̄ legiste in.§.pncipaliter tenēt ꝙ valet ꝓ q̄bus facit ꝙ taciti et expssi dȝ esse eadē cā.s.de consti.cū.M.⁊ ex ꝓssio taciti nil operaꝛ.s.de psūp.c.fi.⁊ equalet dispositio legis et hoīs.C.cōmunia de leg.l.j.Sed in terminis hui⁹.c.sec⁹ qꝛ id nō est tacitū.glo.ibi tȝ ꝙ nō valet expsse nisi cōsentiant in tertio eligēdo valet tñ bñficio ptorj.si teneaꝛ qd̄ pdixi solutuȝ erit qd̄ dubitatur an si cōpromittiꝛ ī duos vt tertiū īcertū assumant si discordes fuerint et ipsi tertium nō assumunt: qꝛ ꝯcordāt ꝙ valet laudū. Jo.an.

† Dicebat Host. naturā arbitrij mediā iter naturam societatꝭ et iudicij.i societate enī nō succedit heres etiā ex spāli pacto q̄uis ī actione succedat p quaȝ teneꝛ rōneȝ reddere et reliq̄ prestare.ff.pro socio.l.nemo pōt.in iudicio vo sēp succedit ēt si nihil sit dictū.ff.de pro.stipu.l.ij.ī arbitrio succedit si hoc dictum sit.al's non succedit vt in concor. Jo.and.

‡ Sicetiā ex vtraqȝ pte dȝ eē penalis stipulatio.ff.co.litigatores.§ pe.q̄d autē si sit inequalitas vel in q̄titate: vt qꝛ alter solus fideiussores dat: vel solus iurat. vide in spe.de arbi.§.fi.v.hoc q̄qȝ pretermittēdum. Dura ergo et crudelis est mors q̄ nen solū cōpromissa dissoluit: sȝ ēt vt Hier. in epithaphio nepo. iter fr̄es diuidit et sociatos amore dissociat. Sed vt ipe dicit ad theodorā. Si h̄ solatio erigimur ꝙ in breui visuri sum⁹ quos absētes dolem⁹.cōcedat de⁹ hūc librum studētib⁹ ꝙ ipsorū mutua visio sit in patria.amē Jo.andree,

Cõtinuatio. ¶ Rubrica. De iudicijs. ¶ Supra dictũ est de preparatorijs iudiciorum: nunc de ipsis iudicijs videndũ. Uel sic. In proximo precedẽti titu. dictũ est de arbitris. verum quia arbitria sunt redacta ad istar iudiciorũ. l. j. ff. de arbitris: ideo de his subdit. ¶ De materia rubrice habet. ij. q. j. et. v. q. iiij. xiiij. q. j. xv. q. vij. xvj. q. vj. xxx. q. vlti. §. bis ita. vsq₃ ad finẽ. et habetur in. vj. et in cle. Abbas si.

Liber secũdꝰ

De Iudicijs.

Equouult deo potest multipliciter summari ſm varios intellectus. et primo sic. Qui promisit non declinare iudicẽ penitere nõ potest. Uel ad eũdẽ intellectum sic et clarius. Pactũ de non declinãdo iudice alr̃s suo qui ex ceptiõe legitima repelli poterat est irreuocabile. Diuisio. Diuiditur i tres partes ſm Anch. In prima ponitur facti narratio. In secunda iuris dispositio. In tertia incidentis questionis decisio. Scđa ibi: placuit. Tertia ibi: nam. Abbas sic. ¶ Casus. Quidã ipetebat quouultdeũ epm centurieñ. petijt illũ introduci in cõcilio affricano. Interrogatꝰ fuit an cum aduersario suo vellet in iudicio experiri. primo id promisit. altera die respõdit hoc sibi nõ placere atq₃ recessit. petebat aduersarius vt remoueretur ab epatu/et conciliũ excõmunicauit ipm. statutũ fuit in cõcilio ꝙ nullus eidẽ quouultdeo cõmunicet donec satisfactione ꝓstita fuerit absolutus. et sic fuit excõicatus. epatus tamen ante cause exitũ adimi sibi nõ debet. ¶ Nota ꝙ ꝓpter contumaciã aliquis est excõicandus/nec debet absolui nisi satisfecerit: sed i ꝓncipali causa procedi non debet. Item sine cause cognitione nullus deponi debet. Bernardus.

† alr̃s. ingressum.

Ex concilio aphricano.

¶ Cõtumax in nõ cõparẽdo vel non respondẽdo excõicari põt: beneficio autẽ priuari nõ debet. h. d. abbas siculus. Capitulũ. j.

Equouult deo[a] centuriensi epo quẽ[b] cũ aduersariꝰ ipsius eũ petijsset ad cõciliũ introduci: interrogatꝰ[c] an cum eo vellet experiri[d]: prio id ꝓmiserat: ⁊ altera die rñdit hoc sibi nõ placere[e]: atq₃ discessit. ¶ Placuit vt nullꝰ eidem cõicet: donec[f] satisfactione ꝑmissa fuerit absolutus. ¶ Nã adimi[g] sibi epatũ[h] añ cause eiꝰ exitũ† nulli põt de iure videri. Ex synodo eugenij pape.

¶ Laici ecclr̃iastica negocia tractare nõ debẽt: s₃ ꝑlatoꝝ iudicio disponunt. h. d. ab. si. C. ij.

Decernimus vt laici[i] ecclesiastica tractare negocia non ꝑsumãt[k]. ¶ Sed episcopi: abbates: archiepi[l]: ⁊ alij ecclesiaru₃[m] prelati de negocijs ecclesiasticis (maxime de illis que spiritualia esse noscũtur) laicorũ iudicio nõ disponãt. ¶ Nec propter eorum prohibitionem ecclesiasticã dimittant iusticiã exercere.

Alexan. iij. illustri regi anglie.

¶ Causa iurispatronatus spectat ad iudiciũ ecclr̃ie. h. d. specifice et ad litterã. Capr̃m. iij.

Quanto diuina gr̃a: et. j. Causa vero iurispatronatus ita cõiuncta est et connexa[n] spiritualibꝰ causis: ꝙ nõ nisi ecclr̃iastico iudicio valeat diffiniri.

Idem salernitano archiepo.

¶ Clericũ conuictũ vel confessum de crimine coram iudice seculari ex eo nõ punit eps: sed corã se cõuictũ vel cõfessum punit pena debita: nisi cum illo dispenset: qđ põt in adulterio et minoribus. depositũ vero nõ stati tradit curie seculari. h. d. vsq₃ ad finem. Ab. sic. Ca. iiij.

At si clerici corã seculari iudice cõuicti fuerit vel

a ¶ De quouultdeo. Proprium nomen est.

b ¶ Quẽ. i. qui. casus pro casu. et est antitosis figura. sic. lxxv. dist. ordinatiões. ⁊. xviij. q. ij. quidã. vbi eos ponitur pro hi. Ber.

¶ Glo. se. obijcit. dupliciter soluit. et scđam reprobat.

c ¶ Interrogatꝰ. Et superabũdanti interrogat. qm̃ alr̃s ex necessitate tenebatur sub eis respõdere: quia iudiciũ reddit in inuitũ. ff. de vbo. ob. inter stipulantẽ. §. j. quia oẽs cause tũc in synodo tractabant. vel forsitã ne posset postea iudicẽ recusare. iij. q. iij. §. offerat. s. de offi. deleg. sup questionũ. §. nos. et. §. vep. nisi aliquid postea de nouo emergat. s. de off. dele. insinuante. et. ff. de inter. act. de etate. §. ex causa. et. ff. de procur. si post datũ dãnũ. et de pe. dist. vj. placuit. sed illa nõ fuit causa: quia synodũ totã nõ potuit recusare.

d ¶ Experiri. Experiri ponit hic pro defendere. aliquãdo tamen ponitur ꝓ agere. j. de cã pos. et propri. pastoralis. et not. j. de senten. ⁊ re iudi. ca. penulti.

e ¶ Non placere. Sed nõne fuit locus pnie? Ur̃ ꝙ sic. ff. de iur. om. iudi. si cõuenerit. rñdeo locus est pnie. j. de iure pa. cũ laici. sed non hic: q₂ nõ põt penitere in alterius preiudiciũ. ff. de reg. iur. nemo. et quia cõtumaciter recessit fuit excõmunicatus. xj. q. iij. certũ. imo inuitus compellit respondere. vt dictum est. Ber.

f ¶ Donec. Loquit ſm antiqua tẽpora quãdo causa excõicati tractabat anteq₃ absolueret. xj. q. iij. si eps forte. intellige ſm antiquã litterã: que olĩ in antiqua cõpilatione talis erat: hic nullus eidem cõmunicet donec causa eiꝰ qualẽ potuit terminũ sumat. et ſm istã litterã bene loquit ſm hodierna iura: q₂ cũ pro ꝯtumacia fuerit excõmunicatus nullꝰ debet ei cõmunicare: donec satisfactione ꝑmissa. i. satisdatione prestita iudicio sisti fuerit absolutus. j. de vbo. sig. ex parte: hodie vero† stati debet absolui: ⁊ postea cognosci de causa excõmunicationis: nisi in casibus. vt. j. de sen. excõ. per tuas: ⁊ nisi quis excõmunicatꝰ sit pro manifesta offensa. j. de vbo. sig. ex parte. et. xxiij. q. vl. pessimã et. j. de sen. excõ. solet. lib. vj.

† Meliꝰ diceret ergo: s₃ aduersat ad gl. Ala. q̃ finit ibi pꝰ ꝑncipiũ si eps forte. Jo. an.

g ¶ Nam adimi. Respondet tacite questioni. Ber.

h ¶ Epatum. Immo debet expectare per annũ anteq₃ adimatur† xj. q. iij. rursus. et ca. seq. maxime cũ lis nõ fuit cõtest. de hac materia tractatur. iij. q. ix. in summa. et ca. decernimus. ⁊. xj. q. iij. rursus. et. j. de do. et contu. ca. veritatis.

† Nisi crimẽ esset notoriũ. de acc. euidentia. ſm Ho. vel nisi ageret de federe matrimonij. vt lit. nõ ꝯtest. qm̃. ꝓpter suspitionẽ tñ dilapidationis qñq₃ interdicit administratio de offi. dele. venerabili. ſm Goffr. Jo. and.

Decernimus vt laici. Tres sunt partes. Scđa ibi: sed epi. Tertia ibi: nec ꝓpt. ab. ¶ Casus. Statutũ fuit in synodo eugenij pape ꝙ laici negocia ecclr̃astica tractare non presumant. Itẽ ꝑlati ecclr̃iaꝝ de negocijs ecclr̃iasticis nõ disponãt iudicio laicorũ/et ꝑcipue de spũalibus. et ꝓpter eoꝝ prohibitionẽ nõ dimittant ecclr̃iasticã iusticiã exercere. ¶ No. ꝙ laici ecclesiastica negocia tractare nõ debẽt: maxime spiritualia. Itẽ oẽs prelati sũt iudices ordinarij. Item abbas est nomen dignitatis. Itẽ propter prohibitionẽ laicoꝝ nõ debet iudex ecclesiasticus omittere exercere iusticiã ecclr̃iasticã. B.

i ¶ Laici. Laici enĩ de ecclr̃iasticis negocijs intromittere se non debẽt. j. de re. ec. non alie. cum laicis. s. de arbi. contingit. ⁊. s. de ꝯsti. ecclesia. ⁊. xcvj. dist. bene quidẽ.

k ¶ Nõ presumãt. auctoritate sua: delegari tamẽ possunt‡ saltẽ cãe pecuniarie siue huiusmodi mere ciuiles vt h colligit. et in laicos etiã de talibꝰ põt cõpromitti. s. de arbi. exposita. papa ꝟo ciuiles: criminales ⁊ spirituales cãs põt laico delegare. ar. xxxij. dist. §. verũ. et. ij. q. v. mennã. ⁊. lxiij. dist. in synodo. et ca. adrianꝰ. ⁊. x. q. iij. illud. vr̃ etiã ꝙ eas teneat delegare. xj. q. j. te qđẽ. ⁊. §. ex his oibꝰ. ij. de hoc dictũ est. s. ti. ꝓxi. cõtingit.

‡ Nõ est cõtrarium qđ no. j. ti. ꝓxi. significasti vt ibi dicã. Fran. dicebat hoc verũ cũ nõ reperiuntur clerici ydonei. alr̃s non. Alle. de reli. do. inter q̃ttuor. ne cle. vel mo. relatum. Jo. and.

l ¶ Archiepi. Alr̃s est archidyaconi. ⁊ melius.

¶ Glosa sequens arg. alleg. vij. iura.

m ¶ Ecclesiarũ prelati. Ar. oẽs ecclesiarũ prelatos esse iudices ordinarios. ar. s. de offi. ordi. cũ ab ecclesiarum. xxv. dist. perlectis. ij. q. j. nemo. xj. q. j. experientie. et. c. si qui ex fratribus. ⁊. j. de app. reprehensibilis. et. j. de eo qui fur. or. reci. c. j.

Quanto. Laici causas connexas spiritualibus tractare non possunt. h. d. ¶ Casus. Dicit hic ꝙ cã iuris patronatꝰ ita est annexa spũalibus causis: ꝙ nullus nisi iudex ecclr̃iasticus de ea iudicare debeat. ¶ Nota ꝙ cã mixta inter spiritualẽ et ciuilẽ/magis sequit naturã spũalis q₃ ciuilis. Itẽ idẽ iuris est i cõnexis quo ad iurisditionẽ: sicut in mere spiritualibꝰ. Itẽ ratione rei potiꝰ dicit spiritualis q₃ ratione ꝑsone. et sic qđ est minus dignũ in sui substãtia: maioris est efficacie quo ad iurisditionem. Ber.

¶ Glo. se. sũmari põt ꝑ modũ obiectiõis assumẽdo ibi: ⁊ laicꝰ: vel ꝑ modũ q̃stiõis q̃re. s dicat annexũ: ⁊ nõ simpliciter spirituale ⁊c̃.

n ¶ Cõnexa spũalibus cãis. Ius vero patronatus nõ dicit proprie spũale: sed spirituali annexũ. j. de iure pa. de iure. et ideo dicit hic Hug. ꝙ eiꝰ causa annexa est spũalibus causis vnde spũale censet ꝓpter cõnexitatẽ: quia q̃ religiosis adherent religiosa sunt. ff. de rei vẽ. q̃ religiosis. ⁊ ex tali coherẽtia sumit suã naturã sic. j. de paro. super eo. ⁊ ideo talis cã per iudicẽ ecclr̃iasticũ tantũ tractari debet vt hic. et ar. s. c. ꝓxi. vnde vẽdi non põt. j. de iure pa. de iure. Et laicus tale ius põt possidere cũ nõ sit mere spũale: sed ei annexũ: s₃ alia iura spũalia mere possidere nõ põt: vt. j. de ꝑscrip. causam que ⁊. xvj. q. vij. c. j. et. s. de elec. sacrosancta. ⁊. c. messana. Et ius funerãdi põt laicus possidere. ff. de mor. inferen. l. j. ⁊ tamẽ dominiũ sepulture non habet. insti. de re. diuis. §. nullus. Ber.

At si clerici. Diuidit in quattuor partes ſm ꝙ quattuor sũt dicta. Secũda ibi: si vero. Tertia ibi: de adulterijs. Quarta ibi: sed non debet. Ab. si. ¶ Casus. Quidã clerici fuerũt inuiti coram iudice seculari: cõuicti: vel cõfessi fuerũt ibi de crimine. querebat an ꝓpter talẽ confessionẽ sint a suo epo condẽnãdi: quia sicut snĩa a nõ suo iudice lata nõ tenet: ita et cõfessio facta corã eodem. Si vero corã epo suo de criminibꝰ in iudicio cõuicti fuerint vel cõfessi: dũmodo sint talia crimina ꝓpter q̃ suspẽdi debeãt vel depõi: Diuisio.

suspēdēdi sunt a suis ordibꝰ: vł ab altarꝫ misterio ꝑpetuo remouēdi. Scđo querebaꝝ vtrū epi dispensare possint cū clericis ꝗ adulteria ꝯmiserūt: Rň. pa. ꝙ eṗs dispēsare pōt cū clericis post pactā penitētiā de adulterijs ⁊ alijs criminibꝰ ꝗ sunt minora. Tertio ꝗriꝝ vtrū clericꝰ depositꝰ iudici tradēdꝰ sit sclari: Rň. ꝙ clericū ꝓ suis excessibꝰ depositū: eṗs nō dꝫ iudici tradere seculari. qꝛ cū suo sit functus officio duplici afflictiōe nō dꝫ ipm̄ affligere. ¶ Nota ꝙ cōfessio facta corā nō suo iudice nō p̄iudicat ꝯfitēti: nec snīa a non suo iudice lata. Itē eṗs pōt dispēsare ĩ adulterio. Item nō est ꝗs dupliciter puniēdus. Itē depositꝰ sclari iudici tradi nō dꝫ. Ber. ¶ Glo. seq. ponit casum exceptū. scđo signat cōtrariū decre. multi.

cōfessi de crimiē nō sunt propter
[a] hoc a suo eṗo aliq̄ten ꝯdēnādi[a].
Sicut enĩ snīa a nō suo iudice la
[b] ta nō tenet[b]: ita ⁊ facta ꝯfessio co
rā ipso. ¶ Si vo corā eṗo de cri-
[c] minibꝰ ĩ iure ꝯfessi sūt[c] seu legiti
[d] ma ꝓbatione[d] ꝯuicti (dūmō sint
talia crimia ꝓpter q̄ suspēdi debeāt vł deponi) nō ĩmerito suspēdēdi sunt a suis ordibꝰ vł ab altaris misterio ꝑpetuo remouendi.

[a] ¶ Condēnandi. Nisi ex hoc grauata sit multū eoꝝ opinio. arg. op. ĩ. de testi. testimoniū. ⁊ ĩ. de sen. excō. cū desideres. §. j. in eo casu ꝓpter infamiā debet se purgare vt dicit illa decre. cum desideres. alš si se purgare nō pōt debet puniri quasi ꝯuictꝰ interp̄tatiue. ĩ. de purga. cano. c. cū. P. et ĩ. de symo. insinuatū. † De hoc ar. cōtra. ij. q. j. multi. Sed ibi exponitur circa prin.

† Sed h̄ nō vr̄ sic oīno tenēdū. laycieni sūt nobis ĩfesti. ij. q. vij. layci. quod dic vt no. ĩ. de pur. ca. cū ĩ iuuētute. §. j. ſm̄ Host. Jo. ā.

¶ Glo. se. alle. iij. cōcor. ⁊ soluit ꝯ̄riū decre. si diligēti. Scđo ꝗrit sub nube de snīa ꝯ̄ clericū lata ꝑ laycū in cā recōuētionis. Tertio ꝗrit de sic condēnato de crimine qđ infamet an. ⁊c̄.

k ℂ Inquisitionem. Scilicet vtrum sigillū dedisset archiepiscopus illi. H. post secundū mandatum propter quod reuocauit ad se inquisitionem inquirendo et discutiendo negocium: et iniungendo vt probaret super tribus articulis: videlicet si contulisset persone idonee: modo canonico: et tempore competēti.

l ℂ Contrarietatem. Quoniam qui allegat contraria non debet audiri. C. de libe. cau. cum precum. et. s̄. de appel. sollicitudinem. 𝔷

si nihil pstiterit/dz absolui: videri poterat ꝙ nos tibi qui ꝯueniebaris a nobis maliciose vel indiscrete onus ꝓbatiōis sup tribus p̄missis articulis iposuim⁹: videlicet vt ostēderes ꝙ p̄dictā cancellariā persone idonee/modo canonico 𝔷 tēpore cōpetenti donasses. Porro[a] cū donatio fuisset occulta[b]: et ideo suspitione non careat: 𝔷 elapso iā anno nullus cancellarius oīno appareat: nō immerito credebam⁹ ꝙ s'm latera. cōci.[c] statuta ad nos esset ipsius cancellarie donatio deuoluta: et ideo potuissemus ip̄am sine culpa cōferre: qm̄ et si locum dei teneamus in terris: nō tamē de occultis potuimus diuinare[d]. Qz ergo ꝯtra illud qd̄ p̄ma facie iuste p̄sumebat ꝓ nobis: p̄serti cū respōderis p̄ma vice ꝙ cancellariā alicui nō cōtuleras: facultatē tibi ꝓ te ꝓbādi cōcessim⁹ nō fuit grauamē[e] sed gr̄a[f]: nec ex malicia sed ex benignitate processit. Qz etiā[g] de mō canōico fidē nobis fieri mādauim⁹/ tu cām p̄stitisti mādato: q̄ sepe nobis p l'ras tuas itimasti: 𝔷 tādē ꝓbasti ꝑ testes[h] ꝙ retentis tibi ꝓuentibus officiū cōcesseras memoratū: ex quo nō imerito i talē cōcessionē fuim⁹ suspicati. Et iō nos[i] q̄ nō tā ex plenitudie ptātis q̄ȝ ex officij debito possum⁹ et debem⁹ de subditorū excessib⁹ ad correctionē iq̄rere v'itatē: te maxie cām 𝔷 occasionem prestante inquisitionem[k] cōmisim⁹ faciendā. Oibus ergo diligēter auditis te in trib⁹ cōperim⁹ fuisse culpabilē. circa ꝯtrarietatē[l] respōsi: qꝛ non solū nobis sed nec cuiq̄ȝ debuisses ex certa scientia contraria respōdere. Circa carnalitatē[m] animi: qꝛ nō ex affectu carnali: sz discreto iudicio debuisti eccl'iasticū offiñ et bñficiū in persona magis idonea dispēsare. Et circa inhonestatē facti: quia nō licuit ex pactione vel conuentione q̄cūq̄ sub modo[n] vl' tenore p̄scripto cōcedere nudū offiñ: 𝔷 tibi retinere ꝓuēt⁹: cū i late. ꝯcil. ꝓhibitū sit ne q̄s ꝯferēdo eccl'asticū bñficiū ꝑtē[o] ꝓuentuū suis vsib⁹ retinere p̄sumat: 𝔷 alibi cautū reperiatur in canone ꝙ eccl'iastica bñficia sine diminutiōe[p] debent conferri. Uñ credim⁹ distinguēdū: vtrū q̄ dat sp̄ūale bñficiū ꝓuēt⁹ ipsi⁹ ante donationē ꝑcipiat. Nā si ꝓuent⁹ añ donationē nō ꝑcepit ipse sz ali⁹: 𝔷 ex donatiōe ꝯseq̄tur[q] vt ip̄e[r] ꝓuēt⁹ ꝑcipiat: nō ē dubiū circa hec intercedere symoniacā prauitatē. Si v'o añ donationē ꝑcepit ip̄e ꝓuēt⁹: credim⁹ distinguendū vtrū ante donationē cōstituat[s] vt ipsi ꝓuent⁹ retineant ad tp̄s pro cā iusta 𝔷 necessaria: aut cōueniat cū eo q̄ accepit bñficiū/seu cū mediatore quocūq̄: vt officio illo cōcesso retineat ipse sibi ꝓuent⁹. Primū eni membrum credim⁹ esse licitū. Secundum aūt dicim⁹ nō licere ne viā aperiamus his q̄ prauitatē suā satagunt palliare.

De reb⁹ ecclesie alienandis vel non.

Ex concilio lugduñ. iiij.

ℂ Nō potest p̄latus res vni⁹ ecclesie alteri dare: nec inuicē res illas cōmutare sine ambarū cōsensu. Capl'm. j.

Non licet epo vl' abbati t̄rā vni⁹ ecclesie vertere

lxxxiiij. dist. gesta. xxiij. q. vij. ꝙ autem. Lau.
¶ Glosa sequens ponit opinionem. Lau.

m ℂ Carnalitatē. In hoc casu dicit Lau. ep̄m symoniā ꝯmittere vbi ꝓpter ꝯsanguinitatē cōcedit alicui beneficium al's non cōcessurus: qꝛ si quis iniusto cordis amore 𝔷c. vel sordib⁹ precib⁹ sacerdotalē dignitatem receperit 𝔷c. j. q. j. si q̄s neq̄. Arg. ̄j. de symo. veniēs. et. c. nēo. et. ca. tua. Nā ex q̄ fauor tertij nimiū fauoris inducit: multo magis fauor illi⁹ q̄ ordinat. j. q. j. sunt nonnulli. Lau. 𝔷 sic consanguinitas inducit suspitionez ꝙ donatio sit vitiosa. x. q. ij. ep̄s. lxxxix. di. decēter. Naz i clādestinis 𝔷 domesticis donatiōib⁹ facile quid confingitur ꝓ negocij qualitate. C. de dona. l. donatio. §. j. Sicut al'as consanguinitas elidit suspitionez s̄. de coha. cleri. 𝔷 muli. a nobis. et. c. tua. 𝔷 par affectionis causa omnē elidit suspitionem. ff. de ritu. nup. non solum. §. de vno. Jo.

Ep̄s bñficia ꝓpter cōsanguinitatē solam concedēs symoniā committit.

n ℂ Sub modo. Nota ꝙ sicut conditio inducit symoniā. j. q. ij. q̄ȝpio et. s̄. de pac. pactiones. ita 𝔷 modus: qꝛ modus equipollet cōditioni ̄j. de cōdi. appo. c. ij. 𝔷. iij. xxviij. q. j. si ifideles. C. de his q̄ sub mō le. vl' fideicō. relin. l. j. Immo magis est obligat⁹ sub modo q̄ȝ sub conditiōe. nam cui aliq̄d relinquitur sub modo: etiam statim potest illd̄ petere si caueat de eo mō adiplēdo. ff. de fideicō. li. cū in testamento. † 𝔷. ff. de cōdi. 𝔷 demonstra. quibus diebus. §. vlti. Si vero sub conditione aliquid relinquitur non potest peti nisi conditione extante. ff. de ꝯdi. 𝔷 demō. qui heredi. §. vlti. Jo.

Symoniam inducūt conditio et modus.

Relictū sub modo statim peti potest.

† Titio stichū lego vt cum manumittat. casuēs de manumittēdo statim illuz petit. idē in legatum ad monumētū Jo. an.

o ℂ Partem. ̄j. de censi. prohibemus.

p ℂ Diminutione. j. q. iij. si q̄s prebēdas. s̄. de preben. maiori. 𝔷 ca. vacante. 𝔷. c. cū causam.

q ℂ Consequitur. Ex pactione in eo apposita. Vin.

r ℂ Ut ipse. Donator vel alius qui percipiebat ante. Vin.

s ℂ Constituat. Cum capitulo suo non cum eo qui habiturus est beneficium. 𝔷 hoc publice faciat vt vitetur suspitio sicut potest intelligi. s̄. de preben. significatū. Et sic patet ꝙ episcopus potest ad tp̄s ex iusta causa retinere fruct⁹ vacantis beneficij si forte grauatur debitis. Jo. arg. ̄j. de ver. sig. ca. penulti.

Fruct⁹ beneficij vacantis ad tp̄s ꝑ ep̄m retineri possunt.

ℂ Rubrica de rebus ecclesie nō alienādis. ℂ Supra visum est de collatione prebendarum 𝔷 beneficiorū: sed quia prebendati 𝔷 beneficiati interdū alienant bona prebendarum et beneficiorū. ideo subijcitur hec rubrica. Abbas sic.

¶ De hac materia tractatur. x. q. ij. et. xvij. q. iiij. §. occasione. vsq̄ ad. §. sed notandum per totum. 𝔷. xvj. q. vj. per totum.

Non licet. ℂ Casus. Dicitur in hoc capitulo ꝙ ep̄s vel abbas qui preest pluribus ecclesijs nō debet terras vnius ecclesie vertere ad aliā: 𝔷 si fuerint mutande ex causa iusta cum voluntate ambarū partium fiat. Nota ꝙ abbas vel episcopus non potest rem vnius ecclesie applicare alij: q̄ȝuis ambe sint sue sine iusta causa. Item si episcopus vel abbas voluerit res vnius ecclesie permutare cum rebus alterius

† Idē Inno. et Host. qui dicūt p iura. s. alle. q̄ si iusta de cā edificaret eps nouā ecclām illi ecclesie dare pōt iura matricis: puta decimas/oblationes/mortuaria/et similia. Joā. andree.

ecclesie permutatio debet fieri de consensu ambarū partium. Ber.

a ¶ Ad aliam. passim et sine causa. ex causa tamen posset. † ar. xij. q. ij. bone rei. j. de eccle. edi. ad audientiā. et. xvj. q. j. §. sicut duo. et. j. de exces. prela. sicut vnire. Quidam tamē hoc concedūt vt Ala. Dic de hoc vt. j. de reli. domi. constitutus.

b ¶ Commutare. x. q. ij. hoc ius. §. sed et per mutare.

Qui res. ¶ Hoc ca. non diuiditur. Ab. si. ¶ Casus. Olim quidā petebāt a regib⁹ res ecclie et obtinebant aliqñ. qr istud iniquum erat statuit pcil'. lugdu. q illa que sic tradunt' irrita et vacua habeant': et illi excludātur a cōione ecclie q taliter accipiūt bona ipsius. ¶ Nota q hic nō excusat auctoritas maioris. Itē nō valet pcessio layci facta de re ecclīastica: qr pro nō dato habet' et c. Itē pretextu layce donationis vel cōcessionis vsurpās sibi rem ecclie excōmunicandus est. Ber.

c ¶ Regibus. xvj. q. j. i canonibus.

d ¶ Egentium. xvj. q. j. quoniam quicquid.

e ¶ Irrita. xij. q. ij. quicūq militum. et c. de rebus. ar. ptra. C. de q̄dri. prescrip. bene a zenone. Sol. lex ista nō obtinet s̄m canones. Vin.

f ¶ Excludantur. Ut sic puniant' in quo deliquerūt. sic. s. de tep. or. lras. et. j. de iure patro. pastoralis. et. xvij. q. iiij. frater. et. c. seq. j. de imu. eccle. ca. vlti. Ber.

Diuisio. Onsēs⁹. ¶ Primo ponit dictum. Secundo adducit vnā limitationē ibi: ita. Ab.

† al. pñsmonio.

¶ Casus. Statuit cōcil'. toletañ. q sacerdotes q̄ bona sua reliquūt ecclesijs: aut aliq̄ pdia ecclie sue acqrunt: possunt aliquos de seruis ecclie tradere libertati s̄m q̄titatē bonorum que contulerūt ecclesie s̄m q canones dicunt: ita tamen vt cū peculio et posteritate sua maneāt in seruitio ecclesie. vtilitatem ecclesie s̄m q potuerint prosequētes. ¶ Nota hic duos casus in quibus sacerdos potest manumittere seruum ecclesie. s. cum bona sua relinquit ecclesie: aut aliqua predia ecclesie acquirit que duplū valeāt q̄ seruus. Item posteritas manumissi licet sit ingenua debet esse obnoxia ecclesie et prestare operas impositas tempore manumissionis. Bernar.

¶ Glosa sequens recitetur per obiectionem.

g ¶ De familia. Non benemeritos. Nam benemeritos posset manumittere: licet ecclesie nihil contulisset. xij. q. ij. si quos de seruis. Ala. et hoc ‡ de consensu episcopi. xij. q. ij. placuit.

‡ Non solū proxumū dictū glo. sed etiam qd dicit text⁹. s̄m Inno. et Host. et oli erat glosa Ala. per se. super ver. manumittere. et sic ponunt predicti. Jo. an.

b ¶ Modū. Id est q̄titatē vel estimationē in duplū vt res quā dedit valeat duplum q̄ mancipium. xij. q. ij. episcopus qui mancipium. de quibus hic fit mentio. Tan.

¶ Glosa sequens reci. per obiec. et duplicem solutionem. et subdit tertiam quā non approbat.

i ¶ Posteritate. Cum parētib⁹ manumissa: quia post manumissionem ples a liberto suscepta nullius patrocinio est obnoxia. C. de ope. li. l. antepenul. Uel est speciale in ple liberti ecclesie vt semper sit ecclesie obnoxia: vt hic. et. xij. q. ij. liberti. † et. c. loginquitate: idem est in alijs: vt quidam legiste dicunt: dum viuit patronus et pater liberting conditionis. C. de lib. et eorum li. l. vlti. sed illam legem quidam intelligūt de filijs manumissis cum patre: vnde videtur melius q speciale sit hoc in ecclesia.

† Ubi de hoc et plenius in. c. de libertj. e. q. Jo. and.

k ¶ Utilitates. Id est operas tempore manumissionis impositas ipsi liberto a domino. ff. de ope. li. l. iij. et. iiij. et. v. que tamē imponi non debent venienti ad clericatum. liiij. dist. quicūq.

Diuisio. Episcopi. ¶ Primo ponit' prohibitio. Secundo ratio. Tertio reuocatio. Secūda ibi: impium. Tertia ibi: tales. Ab. sic.

a ad aliam^a: Quis ambe in ei⁹ sint
b potestate: tamē si cōmutare^b voluerit terras earū: cum consensu ambax partiū faciat. Ex eodē.

¶ Principes seculares res ecclesie donare nō possunt: et q̄ ab eis recipiūt excōicant': et pdunt oīa que ab ecclesia alias legitime obtinebāt. h. d. s̄m vnum intellectum q̄ satis placet. Capitulū. ij.

Qui res ecclesie petūt a regibus^c: et horrēde cupiditatis īpulsu egētium^d substātiā rapiūt irrita^e habeātur que obtinent. et a cōmunione ecclesie (cuius facultatem auferre cupiunt) excludantur^f. Ex concilio tol.

¶ Rector ecclie q̄ dat ecclie rem duple estimationis: seruos ecclesie manumittere pōt: ipse tamen manumissus et eius posteri erūt sub patrocinio ecclesie: ita cōiter summat': tñ nō placet Panor. id qd dicit' de estimatiōe. Capi. iij.

Onsēsus toti⁹ pcilij diffiniuit vt sacerdotes q̄ aut aliq̄d ecclie sue relinquūt: aut nihil hñtes aliq̄ pdia vel familias ecclījs suis acqrūt: liceat il' aliquos de familia^g eiusdē eccle manumittē iuxta rei collate modū^h quē ātiq canōes decreuerūt. ¶ Ita vt cū peculio et posteritate^i sua sub patrocinio † ecclie maneāt: vtilitates^k iniūctas sibi iuxta q

poterūt psequētes. Ex eodē.

¶ Si prelat⁹ nil de suo dans ecclesie seruū ecclesie manumittit nō tenet manumissio. Ca. iiij.

Episcopi^l q̄ nihil ex pprio eccle xpi pferūt^m liberos ex famulis ecclesie ad pdēnationem suā facere non presumant. ¶ Impiū est eni vt q̄ res suas ecclesie nō attulerit dānū inferatⁿ. ¶ Tales igit' liberos successor^o episcop⁹ absq aliqua oppositione ad ius ecclesie reuocabit. Ex concilio apud siluañ.

¶ Res ecclesie alienari non debent Capitulū. v.

Nulli liceat alienare^p rem immobilē^q ecclesie siue agrū: siue rusticū mancipium: neq specialis hypothece^r titulo obligare. ¶ Alienationis^s autē verbū cōtinet condictionē: donationem: venditionē: permutationē: et emphiteoticū perpetuū cōtractum ¶ Uñ oēs sacerdotes ab hmōi alienatione abstineant: penas timētes q̄s leonina^t cōstitutio cōminatur. Simmachus papa.

¶ Alienatio de reb⁹ ecclie fctā nō tenet: et alienatores nisi rem restituāt excōicant': et q̄libet clericus pōt pdicere: et rē cū fructib⁹ repetere. h. d. Et est text⁹ nota. et q̄ quotidie allegat'. Ca. vj.

Si q̄s pbror: dyaconorū:

¶ Casus. In capitulo isto dicit' ptrariū eius qd dicit' in pcedēti: videlicet q epi qui nihil de suo cōferūt ecclie libertatē seruis ecclesie dare nō pñt: qr iniquū est vt qui res suas ecclie non contulit dānū inferat ecclesie: et successoribus illi⁹ qui hoc fecerit illos ad ius ecclesie reuocabit. ¶ Nota q prelat⁹ qui nihil de suo dedit ecclesie vel acquisiuit: seruis ecclesie libertatē dare nō potest. Itē successor reuocare potest et debet qd antecessor male alienauit. Ber.

l ¶ Epi. Hoc ca. eps illius. xij. q. ij. et si illi.

m ¶ Conferūt. ergo a cōtrario sensu si de suis cōferūt aliquos manumittere possunt. s. ca. proxi. xij. q. ij. eps qui. T.

¶ Glo. se. signat ptrariū. et dupliciter sol.

n ¶ Inferat. Arg. s. xij. q. ij. si q̄s. Sol. ibi de pse su capituli hic nō. † Uel ibi de benemerito: hic de malemerito. B.

† Uel ibi manumisit retēto iure patronat⁹. hic nō. Jo. and.

o ¶ Successor. j. e. pca. c. ij. xxxv. q. ix. q quis.

Diuisio. Nulli. Primo ponitur alienatiōis phibitio. Secundo qd sit alienatio. Tertio pene impositio. Secūda ibi: alienatiōis. Tertia ibi: vnde. Ab. sic. ¶ Casus Quia prelati et clerici ecclesiarum indifferenter obligabāt res ecclie mobiles et immobiles: propter qd dāna multa pueniebant ecclesijs: statuit conciliū q decetero nullus debeat alienare rem īmobilē ecclesie sue siue agrū siue rusticum manciplū: nec pignori obligare: et alienatiōis verbū continet cōditionē / permutationem / et emphiteoticum contractum perpetuū: et ideo omnes sacerdotes abstineant ab huiusmodi alienatione: penas constitutionis leonine formidando. ¶ Nota q nullus debet alienare res ecclesie immobiles: et est sententia generalis: fallit enī in casu vtilitatis. Item verbo alienationis cōtinetur omnis alienatio q̄ transfert dominiū vtputa venditio: et oīs illa per quam res obligatur. Item alienanti illicite res ecclie: pena cōstitutionis leonine infligitur.

p ¶ Alienare. Nisi p vtilitate ecclesie. xij. q. ij. sine exceptione. et cū iuris solēnitate que habetur. xij. q. ij. §. hoc ius. hodie non seruatur. j. eo. dudum. Ala.

q ¶ Immobilē. Mobilia vero q̄ seruādo seruari nō possūt / pōt prelat⁹ alienare ad instar tutoris. C. de admi. tu. lex que. in fi. et. C. quādo decre. opus non est. l. vlti. Ber.

r ¶ Hypothece. Hypotheca est obligatio rei immobilis: pign⁹ rei mobilis quasi a pugno. insti. de act. §. inter pignus. Tan.

Hypotheca. Pignus.

¶ Glosa seq. ponit de alienatione quō large et stricte sumitur.

s ¶ Alienationis. Uerbū alienationis in hoc loco largissime accipitur. et sic. C. de re. ec. alie. vel nō ali. sancim⁹. et ī aut. de non alie. re. ec. §. nos igitur. col. ij. alibi strictius accipitur pro eo cōtractu quo transfert' dominiū. C. de fun. do. l. j. ff. de verbo. sig. alienatiōis ff. de alie. iu. mutā. causa fac. ex hoc. §. ij. C. de iure emphi. l. j. Ala. et ita neq vēdere / neq sub pditione tradere / neq permutare / vel donare / vel emphiteoticū contractū potest facere prelatus.

Alienatio large et stricte accipitur.

t ¶ Leonina. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. economus. et. xij. q. ij. monemus.

Diuisio. Si quis. Sunt tres partes que patēt sicut sunt tria dicta. Secūda ibi: q si. Tertia ibi: sed etiam. Ab. sic. ¶ Casus. Quia plati ecclesiarū frequēter alienabāt bona ecclie et alij subscribebāt in dānū ecclesie: statuit symmach⁹ pa. q si aliquis pbyterorū vel aliquis aliorum subscripserit alicui alienanti prediū ecclesie excōmunicetur: nisi forte et alienator et qui acceperit per restitutionem sibi celeriter prospexerint: qd si non fecerint instrumentum inde confectum nō valebit preter penam quā propter hoc sustinebūt: et

licitū erit q̄buslibꝫ ecclīasticis ꝑsonis ꝯdicere ⁊ male alienata repetere cū fructib⁹. ¶ Nota ꝙ q̄ alicui ꝯctui subscribit vr̄ illi ꝯsentire. Itē fallit hic regl'a illa. nemo pōt venire ꝯ factū suū. qꝛ vt h̄ dꝛ alienatoꝛ pōt repetere alienata. Item vbi nō valet alienatio nec valet instr̄m de ea ꝯfectū. Itē res male alienata cū fructib⁹ ꝑcipit. Ber.

mulier. §. itē si mulier. nec mirū si cōtingit hoc i p̄lato: qꝛ interdū accidit h̄ in p̄uato. C. de agri. ⁊ censi. queādmodum. li. xj. ⁊ est specialis casus. ⁊ si nihil habet p̄lat⁹ nō dabit p̄ciū. C. de rei vē. si mācipium † Uin. Itē ex h̄. c. dicunt q̄dā ꝙ p̄lat⁹ vel etiā quilibet de ecclīa pōt agere ꝓ ecclesia sine lr̄is de rato. De h̄ dixi. s̄. de ꝓcu. c. j. ⁊ s̄. de rescrip. edoceri. si. xij. q. ij. nō liceat. et sunt eiusdē auctoris.

† Uēdicās mācipiū vi vl' furto sublatū: ꝯ distractum nō hꝫ necesse restituere p̄ciū. Jo. an.

a ¶ Defensorū. Id est aduocatoꝝ vl' ꝓcuratorū. xvj. q. j. ꝯ p̄ntiū. Ala. ¶ Glo. se. ar. alle. iiij. iura. all'. i ꝯriū vnā. l. ⁊ soluit. demū distinguit.

† al'. remedio. b Cōsentire an videat q̄se i facto alteri⁹ subscribit.

b ¶ Subscripserit. Ar. ꝙ q̄ de facto alteri⁹ subscribit ꝯsētire vr̄. ff. de i rē v'so. l. pe. ff. q̄d iussu. l. j. §. sꝫ ⁊ si. xij. q. ij. non liceat. ⁊ c. cum redēptoꝛ. Ar. ꝯ. ff. de pig. act. cai⁹. sꝫ ibi ignorauit q̄d ꝯtinebat: sꝫ veꝝ est vbi ad auctoritatē ꝯct⁹ subscp̄tio desideraṫ: q̄d itelligas cū hac distictiōe: qꝛ aut subscribit q̄s noīe alieno aut suo: si alieno obligaṫ q̄ subscribit: nec intelligiṫ ꝯsētire. ff. de isti. l. vl. ff. ꝯ resci. vē. si titi⁹ † Si noīe suo: aut sciēter aut ignoranṫ: si scienter tūc obligaṫ et cōsentire vr̄: vt h̄. ⁊ i p̄mis ꝯcoꝛ. ⁊ ff. de pig. si fideiussoꝛ. §. j. si ignorāter nō vr̄ ꝯsentire nec ei nocet. C. plus va. q̄d agitur. l. vl. C. de do. nec ignorās. ⁊ l. p̄dicta. caius. Tan.

† Titi⁹ ꝓcuratoꝛ fei et ab eo mortuo institutus heres: h̄ ignorans subscripsit suo hereditario vēdēti fundū ex subscriptiōe nō obligaṫ. Jo. and.

¶ Glo. seq. soluit ꝯrium.

c ¶ Irat⁹. Hūano more loq̄ṫ qm̄ de⁹ n̄i irasciṫ ‡ xxij. q. iiij. incōmutabil'. ¶ Gl. se. sig̃t ꝯriū ⁊ soluit

‡ Nec per mēbra distiguiṫ de his vide i hier. v. c. B. Jo. andree.

a seu defensorum[a] alienāti prediū
b ecclesie subscripserit[b]: quo ira=
c tus[c] deus animas percutit: ana=
themate feriaṫ: nisi forte et alie=
d e natoꝛ[d] et qui acceperit: celeri[e] re=
f stitutione † sibi prospexerint[f].
¶ Qꝫ si minoꝛe anime sue cura re=
g medium[g] oblatum neglexerint:
h preter penam[h] suꝑ hoc ascriptā:
confectū exinde documētum vi=
i ribus (q̄uis ab initio nullas[i] ha
buerit) vacuetur. ¶ Sed etiam li
cet quibuscūq; ecclesiasticis per=
k sonis[k] vocem cōtradictionis of=
ferre: ⁊ vt cum fructibus possint
l alienata[l] reposcere: et ecclesiasti=
ca auctoritate fulciri.

Alexan. iij. vigoꝛ. episcopo.

¶ Terra non fertilis ecclīe dari pōt in emphitheosim ei cui⁹ studio reduciṫ ad culturā. Cap. vij.

Ad aures: ⁊ j. ¶ Illas terras que de siluis extirpate sunt arabiles facte eis heredi
m tario[m] iure poteris cōcedere sub
annuo censu tenendas: a quibus
suo vel parētū suoꝝ laboꝛe ꝯstite
n rit extirpatas. ¶ Nisi forte tunc[n]

alijs possint ad maiorem ecclesie vtilitatem cum eodē laboꝛe ⁊ onere conferri.

Cele. iij. raueñ. archiep̄o.

¶ Iurans non alienare bona ecclesie non potest alienare ea que sunt de mēsa: vel ea de quib⁹ dubitaṫ an sint de mensa. h. d. vsq; ad §. possessiones. Ab. Cap. viij.

Ut super aliq̄. ⁊ j. Sane quesiuisti a nobis si pos=
o sessiones[o] siue reddit⁹ regaliū de
ciationū ⁊ aliūde ex certis locis
ꝓuenientes quos p̄re. t. quousq;
diē clausit extremū ad man⁹ su=
p as tenuit: ⁊ i ꝓpriū vsuꝫ excepit[p]
vel expēdit: nec alijs ifeudauit
de mēsa sint archiep̄i intelligēdi
q et de eis † cū ex sacro[q] fidelitatis
tenearis ap. se. nihil alienare con
r tractus alienationis[r] cuiuslibet
possit interuenire. Tue ergo inq̄
s si. t. r. ꝙ siue intelligantur[s] de mē
t sa siue[t] non vt non alienentur cō
u sultius[u] extimamus.

¶ Possessiones ecclīe min⁹ vtiles ꝓ vtilioꝛib⁹ de ꝯsēsu capl'i p̄t ep̄s ꝑmutare vel alienare. h. d.

¶ Ad aures. ¶ Ponit casum lr̄alem Jo. an. in eo q̄ ꝯfisus de p̄lato nulla interueniēte scp̄tura recipit siluā ab ecclīa reducēdā ad culturam: ⁊ q̄d ea reducta cōcederet sibi i emphiteosim: postmodum p̄lat⁹ dubitauit ex q̄ res erat culta an possit dari in emphiteosim: ⁊ rn̄detur vt in lr̄a. Ab. Diuidiṫ. qꝛ in p̄ma ꝑte decise ponit factū. In scd'a poniṫ ꝓuisio ibi: illas. In tertia exceptio ibi: nisi. Jo. de imol'.

Diuisio

¶ Casus. Quidam de siluis ecclīarū fecerunt terras arabiles illas extirpādo. q̄rebaṫ vtrum terre ille arabiles facte possent sub annua pensione concedi hereditario iure tenēdas illis vl' heredib⁹ eoꝝ q̄ laboꝛe suo illas extirpauerūt. ⁊ rn̄. pa. ꝙ bn̄ potest illis concedi: nisi forte possit alijs ad maioꝛē vtilitatē ecclīe conferri sub eodem honoꝛe ac laboꝛe. ¶ Nota ꝙ ecclesia vtilitatem suam semꝑ facere debet: ⁊ res suas melioꝛare debet. Ber.

† al's de his.

d ¶ Alienatoꝛ. Qui aliēat i p̄iudiciū ecclīe ēt si iurasset nō repetere/reuocare dꝫ alienatiōeꝫ/nō obstāte iuramēto cū sit illicitū. s̄. de iureiur. itellecto. Ar. ꝯ. s̄. de isti. cū venissent. sꝫ ibi al's poterat ꝯsuli ecclīe ꝑ capl'ꝫ i ꝯcre. itellecto nō erat ali⁹ ꝑ quē possꝫ ꝯsuli regno. B.

¶ Glosa sequens recitetur per questionem.

e ¶ Celeri. Sil'e. j. de loca. c. pe. ⁊ vlti. vbi dꝛ q̄liṫ itelligaṫ de celeri. Celeriter itelligo in hoc casu anteq̄ ledaṫ ecclīa ex tali alienatiōe.

f ¶ Prospexerit. Per repetitiōeꝫ. ⁊ ita q̄ male alienauit rē ecclīe pōt repetere vt h̄ pꝫ. ⁊ xxxv. q. ix. q̄d q̄s. ⁊ s̄. de elec. nosti. q̄d veꝝ est si i admistratiōe toleraṫ: sec⁹ si remot⁹ fuerit. xij. q. ij. monem⁹. Ala.

¶ Glo. seq. arg. et remittit.

g ¶ Remedium. Et ita est ar. ꝙ si dilapidatoꝛ vult seruare ecclesiam indēnē ꝙ non remoueaṫ. De hoc dixi. s̄. de elec. ꝙ sicut.

h ¶ Penam. Scꝫ depositionis. xij. q. ij. dyaconi. ⁊ C. de sacrosanc. eccle. iubemus. §. economus. † et si satisfacere non posset excōmunicabitur quousq; satisfecerit.

† Uide. s̄. ca. p̄xi. super glo. fi. Jo. and.

¶ Glo. seq. alleg. tria iura. signat contrarium et remittit.

i ¶ Nullas. Ex h̄ māifeste pꝫ ꝙ aliēatio q̄ fit ꝯ formā iuris nulla ē ip̄o iure. s̄. de rest. i ite. ꝯstitut⁹. ⁊ s̄. de his q̄ fi. a ma. ꝑ. ca. c. j. ⁊ xij. q. ij. sine exceptōe. Ar. ꝯ. xij. q. ij. si q̄ ꝯ reb⁹. h̄ soluiṫ. s̄. ne se. va. c. j. Ui.

k ¶ Personis. Id est clericis oib⁹ ⁊ ꝯuersis ⁊ patronis. xvj. q. vij. filijs ac nepotib⁹. ⁊ parrochianis. quia eoꝝ interest: sed persone alterius ecclesie non admittentur cum sit priuatum iudicium.

¶ Glo. seq. facit quattuoꝛ. Primo notat optionē ecclīe dari ⁊c. Secundo q̄rit an cedere teneaṫ. Tertio obijcit ad id q̄d hic dꝛ alienatorem repetere. vltimo ponit opi. et remittit.

l ¶ Alienata. De facto: quare ip̄o iure non tenet: vt dictum est. Et nota ꝙ ecclīa hꝫ actionē ꝑsonalē ꝯtra alienatoꝛē si est soluēdo: vel hꝫ i rē actionē ꝯ possessoꝛē. xij. q. ij. ap̄licos. ⁊ est exp̄ssum. C. si tu. vl' cura. l. iij. ⁊ vl. sꝫ si obtineret ꝯ vnū alter liberareṫ. ff. de eo ꝑ quē factum erit. l. j. §. si plures. ⁊ si ꝯuēiat vnū nō fit ei p̄iudiciū quo ad aliū. sola eni solutio iponit ei silētiū. ff. deposi. l. vl. §. si apud. ⁊ C. si tu. vel cu. l. vl. Sꝫ nunq̄d ecclīa teneṫ cedere actiōes suas soluēti ꝯ aliū: Non. cū eni cōueniaṫ ex delicto suo vel ex maleficio nō potest petere cessionē actionū. ff. de admi. tu. si plures tutelā. Preterea alienatoꝛ potest repetere vt hic diciṫ. Sed ꝯ videṫ ꝙ nō sit audiendus cū teneatur de euictiōe. et dicit regula quē de euictione tenet actio eundē agentē repellit exceptio. C. de euic. exceptiōe. ⁊ l. si ob cām. Rn̄deo illꝯ gn̄ale est: sed hic si repellaṫ replicabit ꝙ rē ecclīe repedita ⁊ tradita: sed ipsa replicat factū esse ꝯ velleianū. ff. ad vell'. si tat: qꝛ ꝯct⁹ null⁹ est: ⁊ iō nō teneṫ: sicut excipiṫ ꝯ mulierē de re vendita ⁊ tradita: sed ipsa replicat factū esse ꝯ velleianū. ff. ad vell'. si

Ecclīa cuius res est alienata quā actionē habet.

Ecclesie bona alienās audiṫ ꝯ alienationē suā.

m ¶ Hereditario. i. in emphiteosim perpetuā. x. q. ij. hoc ius. ver.

n ¶ Tunc. Scꝫ tp̄e cōtract⁹. si. j. de emp. ⁊ ven. cum dilecti. ⁊ s̄. de elec. dudum. j. ⁊ ff. de euic. ex mille. §. j. ‡ et sic spectaṫ initiū ꝯct⁹. ⁊ si tūc lediṫ ecclīa restituiṫ. al's si postea res fieret melioꝛ ꝑ sollicitudinē coloni: si possessiōes istas reddiderūt melioꝛes nō expellūtur ex quo in principio ecclīa decepta nō fuit. C. locati. edē quā. ⁊ l. legē q̄dē. C. de rescin. ven. ad rescindēdā. ne negligētia sua sit eis damnosa. C. de allu. l. vlti. [ꝑpetuo quoq;. Tan.

‡ Si fundo vēdito cui⁹ ꝑs euicitur vel decreuit vel accreuit ꝑ alluuionē prioꝛis stat⁹ habebiṫ rō vnde re deterioꝛata nō diminuitur nec re aucta augetur euictionis quātitas. Jo. ā.

Ut super. ¶ Qui iurauit nō alienare ea que sunt de mēsa: vel ea de quibus dubitaṫ an sint de mensa alienare nō dꝫ. Ab.

¶ Casus. Archiep̄s raueñ. recepit quasdā possessiones siue reddit⁹ a rege aut etiā aliūde ex certis locis in recōpēsatiōnē decimarū subtractaꝝ: ⁊ reddit⁹ illos siue possessiōes retinuit ad vsum suū quousq; diē clausit extremū. Quesiuit successoꝛ illi⁹ vtrū redditus illi siue possessiones intelliganṫ ad mensam archiep̄i ꝑtinere. Itē cū ipse archiep̄s teneaṫ iuramēto fidelitatis ꝙ fecit ap. sedi. s. non alienare de nouo. q̄siuit vtrū de redditib⁹ illis possit fieri contractus cuiuslibet alienatiōis: Rn̄. pa. ꝙ siue intelliganṫ de mēsa archiep̄i siue nō: nō debēt alienari: cōcedit tn̄ pa. archiep̄o vt ip̄e de cōsilio ⁊ assensu fratrū suoꝛum vel maioꝛis ꝑtis possit alienare possessiones ecclesie sue minus vtiles: vel cōmutare ꝓ alijs vtilioꝛib⁹ habendis. ¶ Nota ꝙ archiep̄i ⁊ ep̄i iuramēto tenētur non alienare de nouo possessiōes ecclīe. Itē p̄lati ecclīaꝝ possessiones min⁹ vtiles alienare vel ꝯmutare p̄nt ꝓ vtilioꝛib⁹ de ꝯsēsu fr̄m suoꝝ. B.

¶ Glosa sequens recitetur per obiectionem.

o ¶ Possessiōes. Solēt ei plerūq; reges possessiōes ⁊ reddit⁹ certos dare ecclesijs loco decimarū: ⁊ hoc satis potest fieri pro decimis subtractis siue retentis: sed pro futuris non videtur admittēda talis commutatio. j. de rerū permu. c. vlti. Ala.

p ¶ Excepit. i. recepit. si. s̄. vt lit. nō ꝯtest. qm̄. si. xxiij. q. v. nō ē n̄r̄m.

q ¶ Sacro. Nā q̄libet ep̄s q̄ imediate dn̄o pape subest † iurat ei fidelitatē ꝙ nō alienabit bona ecclīe: nec infeudabit de nouo: et idē iuramentū p̄stēt alij episcopi suis metropolitanis.

† Immo et si nō subest dūmodo ꝓuisionem vl' consecrationē ab ip̄o recipiat de facto prestat hoc sacramētum q̄d graue est. vt dicam de eccle. edi. c. si. Jo. and.

r ¶ Alienatiōis. Large sūpto vocabl'o siue trāsferaṫ dn̄iū siue nō [s̄. e. nulli. ⁊ C. de re. ec. nō ali. sācim⁹

¶ Glo. se. reci. ꝑ. q. vel obiec.

s ¶ Intelligant. Ad q̄stionē p̄mā nō rn̄det: forte iō qꝛ nō exp̄ssit q̄to tp̄e tenuit. ⁊ vtrū bona fide an mala si. j. de spon. de muliere. et [C. de trāsac. vt rn̄sū. Ala.

t ¶ Siue nō. Presumiṫ tn̄ esse de mēsa archiep̄i: cū sit in possessione earū. C. de rei ven. l. vlti. Lau.

u ¶ Cōsultius. i. vtilius: qꝛ certi⁹. j. de spon. iuuenis. Lau.

¶ Glosa sequens signat contrariū. et soluit dupliciter.

a ¶ Assensu. xij. q. ij. terrulas. ꝯ solu. hic vocat possessiones minus vtiles cōparatione magis vtiliū: ibi vero minus vtiles dicunt̄ simpliciter ⁊ absolute. vñ hic est necessariꝰ cōsensus capl̄i: ibi nō. Vel ex honestate requiritur in his: non ex necessitate vt ibi. Ber.

Ad audientiam.

Diuisio. ¶ Cōmunis diuisio In prima narrat factū. In scđa prouidet ibi: ideoq̄. Ab. ¶ Casus. Quidam de canonicis exoñ. ecclesie quedā predia ipsiꝰ eccl̄ie alijs fratribus icōsultis locauerunt in ꝑpetuū in dānū ecclesie: ꝑuenit hoc ad notitiā dñi pape. vnde mādat exoneñ. epō quatenꝰ si est ita locationes illas studeat reuocare: si vero non possint reuocari nisi pecunia inde recepta restituat̄: cōpellat locatores ad pecuniam restituendā ꝯductoribꝰ ¶ Nota ꝙ male alienata in dānū ecclesie sunt reuocanda. Itē cōductores habent actionē contra locatores ad preciū repetendū. Ber.

b ¶ Incōsultis. Unde cōtractus nullꝰ. s. eo. c. j. et. xij. q. ij. sine exceptione. ⁊ ca. alienationes.

c ¶ Locationes reuocare. De facto: quia ipso iure non tenuit cōtractus. s. de his que fiunt a prela. sine ꝯsensu capi. tua. ar. xxiiij. q. j. audiuimus. sicut al̄as exponitur separari. i. nō fuerūt mixta bona pr̄na ⁊ materna. C. de le. here. l. ij. ¶ Glosa sequens querit et soluit.

d ¶ Refundēdā. Sed nūquid habent actionē de iure tales conductores ꝯ locatores ad repetēdā pecuniā? Sic si fuerint bone fidei. xij. q. ij. vulterane. in aut. de re. eccle. non alie. § si quis. col. ij. si male fidei fuerint non. xvj. q. iij. § pōt. ⁊. vniuersas. C. ne rei do. vel templo. l. vniuersas. x. q. ij. hoc ius. in fi. § qui vero. † nisi sibi de euic. prospexerint. C. de euic. si fundū. in casu tamē spāli male fidei agit emptor ad preciū. C. cōia. de leg. l. vl. § vlti. Lau.

† Cōtrariū ibi not. Jo. et Hu. ⁊ hic Ho. dicens ꝙ hec actio dat̄ in odiū alienātis: ⁊ sic est spālis casus i quo emptor malefidei actionem habebit. Idem hic Guil. cū Ber. cōcor. Lau. Vin. Goff. hic. Inno. hic. ⁊. s. e. si q̄s. et ipse Jo. xij. q. ij. vulterane. i gl. ij. qđ veruz credo. J. ā.

¶ Possessiones vero q̄ ecclesie tue minꝰ sūt vtiles: ꝑ alijs vtilioribꝰ de fratrū tuorū et sanioris a partis ꝯsilio ⁊ assensu[a] alienādi seu cōmutādi liberā cōcedimus facultatem. Idem exoñ. epō.

¶ Canonicꝰ prediū eccl̄ie perpetuo locare non pōt. Ca. ix.

Ad audientiā nostrā nouerítis ꝑuenisse ꝙ quidā de canōicis exoñ. ecclesie q̄dam b predia eiusdē (incōsultis[b] alijs fratribꝰ) in dānū eius in ꝑpetuū locauerunt. ¶ Ideoq̄ mandamꝰ q̄tenꝰ (si verū est qđ asserit̄) loca c tiones[c] illas legitime reuocare ꝓcures: ita ꝙ si eadē predia non alit̄ reuocari poter̄t: eos quos nouer͡s hax locationū auctores: ad susceptā iñ pecuniā cōductoribꝰ d refūdēdā[d] appe. re. ꝯpellas. In no. iij. archiepō montis regalis.

¶ Possessiones que sunt de mēsa nō possunt alienari. Et ecclesie cōsuete regi ꝑ regulares secularibꝰ clericis ꝯferri nō debēt. h. d. Jo. de imol. Ca. x.

Possessiōes ad mēsam tuā e vel capituli ꝑtinentes alienare[e] nō debes. ¶ Aut eccl̄as in q̄bus f g monachi[f] ministrare ꝯsueuerūt[g] h i clericis[h] vel laicis[i] assignare. Idē epō mauriensi et ꝓposito vlcoñ.

¶ Restituit̄ ecclesia ꝯtra alienationez ꝑ quā enormiter fuit lesa. h. d. ſm lecturā veriorē. Ca. xj.

Ad nr̄am noueris audientiā ꝑuenisse ꝙ cū tusieñ.

Possessiones. Sunt duo dicta. Secundū ibi: aut. Abbas. sic. ¶ Casus. Quesiuit archieps iste vtrum posset alienare possessiones ad mensam suam vel capituli ꝑtinentes? Respōdit ꝙ nō. Item quesiuit vtrum posset ecclesias in quibus monachi esse consueuerunt concedere clericis vel laicis? et respondetur ꝙ nō. ¶ Nota ꝙ episcopꝰ possessiones ad mensam suam capituli pertinentes: alienare nō potest. Item ecclesie regulares amplius seculares esse non debent: sed reformari debent per homines eiusdem religionis que prius ibi fuerat. Bernardus.

¶ Glo. seq. signat contrariū et dupliciter soluit.

e ¶ Alienare. s. eo. vt super. Ar. cōtra. xij. q. iij. ca. vlti. So. hic ꝓhibetur ꝑpetua alienatio possessionū: ibi cōceditur specialiter tertiarū ad terminū: vel ꝙ ibi dicitur ꝙ pōt alienare intelligit̄ de consensu capituli: et si causa subest.

¶ Glosa sequens reci. per. q. quid ecōuerso.

f ¶ Monachi. Ecōuerso bñ possūt seculares amoueri ab ecclesia aliqua: ⁊ in ea institui regulares si epī dyoce. ꝯsensus accesserit: dū tñ clericis alibi eque ꝓuideat̄. j. de eccle. edi. ad audientiā. ij. nō tñ intelligas illud inuitis clericis faciendū: inuito enī vsufructuario non pōt proprietarius deteriorem cām eius facere etiam in meliorem statum mutando. ff. de vsu et habi. l. vlti. Lau.

g ¶ Consueuerūt. Ut collegiū. j. de reli. do. inter quattuor.

h ¶ Clericis. Quia q̄diu inueniri possunt regulares nunq̄ ponendi sunt seculares. j. de reli. do. inter quattuor.

i ¶ Laicis. Hoc ideo dicit q: postq̄ locꝰ factꝰ ē religiosus ampliꝰ ad seculares vsus redire non debet. sic et de vestimētis altaris ⁊ lignis ecclesiarū. j. de reli. do. ad hoc. ⁊ de cōse. di. j. ligna. ⁊. c. altaris.

Ad nostrā. ¶ Primo ponit̄ petitio. Secūdo cause cōmissio ibi: quo circa. Ab. Diuisio. ¶ Casus. Monasteriū tusieñ. grauatum erat onere maximo debitorū: ꝓpter qđ abbas et conuentus eiusdē tali necessitate ducti quādam villam suā cōcesserūt in feudū cuidā laico: tali conditiōe apposita ꝙ idē laicus solueret octuagīta libras: pro quibꝰ villa ipsa erat obligata: qđ ipse nō distulit effectui mācipare vidētes mōachi ꝙ monasteriū ex tali contractu enormiter esset lesū/ supplicarunt humiliter dño pape: vt feudū ipꝫ faceret ad mōasterium reuocari: cum idē laicꝰ primo anno de redditibus ipsius feudi vltra summā percepit q̄ persoluit: et postmodū etiā ꝑ plures annos ꝑcepit fructꝰ eiꝰ. vñ mādat pa. q̄busdā q̄tenus si predictū monasteriū propter hoc inuenerint enorme dispendium incurrisse/ cōpellant dictū laicum vt predictū feudū liberū et q̄etū dimittat monasterio predicto: recepta prius pecunia a monachis: quā pro vtilitate monasterij ꝓ ꝓdicto feudo dicitur expendisse: cum fructꝰ percepti sibi debeant sufficere ꝓ labore. ¶ Nota ꝙ cū ecclesia enormiter leditur in aliquo contractu: debet restitui. Ber.

¶ Glo. se. reci. ꝑ obiec. et solutionem.

k ¶ Per multos. Forte ꝑ duos vl̄ ꝑ tres † q: pluralis locutio duorū numero ꝯtēta est. iiij. q. iij. vbi numerus. ꝟ ideo dicit: q: post quadrienniū non subuenit̄ ecclesie per beneficium restitutionis. C. de temp. in integ. resti. l. vlti.

† Nā duo dicunt̄ multi. insti. de iure ꝑso. in fi. Jo. and.

monasteriū depressum esset onere maximo debitorū: abbas ⁊ cōuentus eiusdē villā quandā necessitate coacti. B. laico concesserunt in feudū: tali cōditione apposita: ꝙ idē. lxxx. libras ꝑsolueret pro quibꝰ eadē extiterat obligata: qđ nō distulit effectui mancipare: ⁊. j. ¶ Vñ humiliter supplicarūt vt feudū predictū facerēmꝰ ad vtilitatē monasterij reuocari: ꝑsertim cū idē laicus primo anno de ipsiꝰ prouētibꝰ vltra summā ꝑcepit p̄taxatam: et per k mltos[k] postmodū ānos sumpserit eius fructꝰ: ⁊. j. ¶ Quo circa mādamꝰ q̄tenꝰ si predictū monasteriū ꝓpt̄ hoc inueneritis enor l me[l] dispendiū incurrisse dictum laicū vt (pecunia quā pro exoneratione feudi: seu etiā ꝓ vtilitate ipsius monasterij expendisse noscitur: ab eisdem abbate ⁊ cōuētu recepta: cū sibi fructus ꝑcepti m sufficere[m] debeāt pro labore) p̄fatum feudū eidem monasterio dimittat liberū et quietū appellatione postposita cōpellatis.

Idem in concilio generali.

¶ Alienatio rei eccl̄iastice fctā sine legitio eccl̄iasticarū ꝑsonarū assensu nō tenet: lꝫ approbet̄ per cōstitutionē laicorū. Caplm. xij.

Cum laicis[m] q̄uis religiosis disponēdi de rebus ecclesie nulla sit attributa ꝑtās: quos subsequēdi manet nc̄itas non auctas imperādi: dolemꝰ

¶ Glo. se. querit ⁊ soluit distinguendo. in fi. ponit opi.

l ¶ Enorme. Hoc ideo dicit q: ꝓ leui dāno non dat̄ restitutio. ff. de resti. in integ. scio. et. s. de in integ. resti. c. j. Sed nunquid in hoc casu cum leditur enormiter subuenitur ei per beneficium restitutiōis: vel ipso iure tuta est? Dico ꝙ ex quo cōsensus capituli affuit et ideo credebant vtiliter contrahere: tenuit contractus licet lesa sit ecclesia. j. de emp. et ven. cū dilecti. ⁊. xij. q. ij. sine: sed pōt restitui si lesa sit enormiter. s. de i integ. resti. c. j. sed si decepta eēt vltra dimidiā partē iusti precij: subuenitur ei iure cōmuni et etiā cuilibet C. de rescin. ven. l. ij. ⁊. j. de emp. et ven. cum dilecti. ⁊. c. cum causam ſm hoc vsq̄ ad legitimā prescriptionē potest agere: licet quidā dicant ꝙ in hoc casu agendum sit iudicis officio. Jo.

Eccl̄ia si ledit̄ i cōtractu an teneat cōtractus.

¶ Glosa sequens obijcit et soluit.

m ¶ Sufficere. Sed nō videtur ꝙ ille debeat lucrari fructꝰ perceptos supra id quod ip̄e dedit ecclesie. nam cum aliquis restituitur oīa debent restitui in pristinū statū vt neutra pars sit in dāno vel ī lucro. C. de repu. l. j. ff. de minor. qđ si mīor. § restō. Sed hoc est ꝓpter laborē suum: vt hic dicit. nō enim omnino emptor dāno afficiendus est. vt. l. predicta. ꝙ si minor. § restitutio. Item ꝙ bona fide percepit. ‡ ff. de acquir. re. do. bone fidei. j. de feudis. c. j. ar. xij. q. ij. vulterane. Johannes. Et si vellet petere laboris mercedem necesse haberet restituere fructus qui excederent labores. ff. de rei ven. sumptus. Lau. Et sic est arg. ꝙ nemo cogitur suis stipendijs militare: et de labore suo mercedem quis recipere debet. xij. q. ij. charitatem. ⁊. c. ecclesiasticis. ⁊. xij. q. ij. precarie. Ber.

‡ Et vt vasallus q̄ ex vtili dño et bone fide faciebat fructus suos: nec est vis ſm Inno. an nō tenuerit ꝯctus ꝓpter defectū solēnitatis an tenuerit: sed ꝓpter lesionē datur restitutio. Jo. and.

Cum laicis. ¶ Alienatiōes de feudis vel alijs rebꝰ ecclesie nō tenēt: etiā si ꝑ cōstitutiones laicorū approbent̄. h. d. vl̄ aliter et sic vt in rubro. Cōis diuisio. Secūda ibi: volentes. Abbas.

in quibusdam ex illis sic refrigescere charitatem: q immunitatē ecclesiastice libertatis quā non tm̄ sancti patres/sed etiam principes[a] seculares priuilegijs multis munierūt: nō formidant suis constitutionib⁹ vel potius destitutionibus † ipugnare: non solū de alienatione[b] feudoꝝ: ac aliarū possessionū ecclesiarum ꝛ vsurpatione iurisdictionū: sed etiam de mortuarijs: necnon et alijs q̄ iuri spirituali annexa[c] videntur illicite p̄sumendo. ¶ Volētes igitur sup his indēnitatibus consulere ecclesiarum: ac tantis grauaminibus prouidere: constitutiones ꝛ vēditiones huiusmodi feudoꝝ seu alioꝝ bonoꝝ ecclesiasticoꝝ sine legitimo p̄sonarū eccle. assensu[d] p̄sumptas: occasiōe ꝯstitutionis layce potestatis: (cum nō constitutio sed destitutio vel destructio dici possit: nec nō vsurpatio iurisdictionū) sacri approbatione concilij decernimus nō tenere. presumptoribus per cen. eccle. compellendis[e].

De Precarijs.

Ex concilio apud beluac.

Breue est: nec pōt breuius sūmari. Capitulū. j.

f Precarie[f] de quiquēnio in quinquēniū[g] s̄m auctoritatem ꝛ antiquā consuetudinē renouent[h].

Ex concilio carthaginensi.

Reuocat successor precariam per predecessorem irrationabiliter factam. Capitulū. ij.

i De precarijs[i] irrationabiliter factis a rectorib⁹ ecclesiarum se suoq; successores pena[k] graui obligantibus: vt facta ipsoꝝ dissoluere nequeāt. ¶ Precipimus vt nemo successor antecessoris sui pena sit obligat⁹: sed sue puidētie sit cōcessum vt si antecessor ei⁹ res eccl'ie irrationabiliter distribuit: ab eo[l] ad ius eiusdē eccl'ie reuocent. Grego. ix.

Cōcessio pcarij extinguit voluntate ꝯcedētis aut ei succedētis: precarie aūt ꝯcessio nō. C. iij.

m Precariū[m] vtendū ꝯcedit q̄diu patit q̄ cōcessit: soluit[n] quoq; obitu ei⁹ cui cōcessuz

---

Casus. Layci q̄tūcūq; religiosi sint nō hn̄t aliquā ptātē dispo nēdi de reb⁹ eccl'ie. s; ipi i ꝯriū faciūt: imunitatē eccl'iastice libertatis ipugnāt suis ꝯstōnib⁹ imo poti⁹ destitutiōib⁹ vsurpādo iurisdictionē eccl'ie. ꝛ etiā de spūalibus illicite p̄sumēdo. volēs ꝯciliū huiusmodi grauaminib⁹ obuiare: oēs ꝯstōnes/ꝛ alia oīa q̄ faciunt in p̄iudiciū eccl'iaꝝ: decernit ꝯciliū penit⁹ non tenere. ¶ Nota q layci in p̄iudicium eccl'ie nihil statuere pn̄t. et si qua in ꝯriū faciūt: nō tenent. et sic istā ꝯstitutionē inducas contra eos. Ber.

Cum laycis. xcvj. dist. bene quidē. et. s̄. de cōsti. eccl'ia. et. xvj. q. vl. laycis. ꝛ. c. non placuit.

† al'. destructionibus.

¶ Glo. seq. ar. alle. ꝯriū.

a Pricipes. Nō arg. layci principes possunt dare ecclesijs p̄uilegiū. xvj. q. j. generaliter. et xxvij. dist. §. hinc etiā. j. de immu. ec. nō minus. arg. imo vt videtur possunt dare priuilegiū libertatis. † lxiij. disti. in synodo. ꝛ melius. c. agathosa. arg. s̄. de in inte. resti. auditis. Ar. ꝯ. x. q. j. nouerint. Jo.

† Licet p̄uilegiare possint. vt. s̄. nō tn̄ pn̄t se itromittere de possessione i dotē data vt ibi. H. ēt si p ipsos data fuerit cū sit facta eccl'iastica. de p̄bē. dilect⁹. Jo. an.

b Alienatione. s̄. d ꝯsti. que in ecclesiaꝝ.

c Annexa. Ut iuspatronat⁹. s̄. de iudi. q̄to.

d Assensu. s̄. e. c. j. et xij. q. ij. sine exceptione.

e Compellendis. Immo sūt ipso iure excōicati. vt. j. de sen. excō. nouerit. Ber.

Rub. De pcarijs.

Cōtinuatio. Supra visum est de ꝯctib⁹ p quos transfert dn̄iū: restabat videre de ꝯctib⁹ p q̄s trāsfert vtilitas rei dūtaxat. Uel sic. Quia pcarie sunt q̄dā species alienationū: ideo post ti. pcedētē subijcit hic titu. Ab.

¶ De hac materia habetur. x. q. ij precarie. xij. q. ij. precarie. xvj. q. iiij. clerici. et. c. sequenti.

Sūmariū. Precarie. Pōt sic sūmari. Precarie ꝯcesse de reb⁹ ecclesie debēt s̄m ātiquā ꝯsuetudinē de q̄nquēnio i q̄nquēniū renouari. Et habet istud. c. ꝛ seq. p palea. xij. q. ij. ca. pcarie. ꝛ seq. s̄m Jo. Jmol. Casus. Dicit in hoc capitulo q pcarie de q̄nquēnio in q̄nquēniū sunt renouāde. ¶ Nota q precarie de q̄nquēnio in q̄nquēniū debent renouari. Ber.

¶ Glosa sequens distinguit precarium a precaria et precarie. ponit triplicem speciem.

f Precarie. Precariū est qd̄ precibus petenti vtendū cōcedit tādiu q̄diu is qui cōcessit patit. ff. de precar. l. j. j. eo. c. fi. Precaria dicit ad preces aliquoꝝ vsq; ad quinquēnium contractus initus: vt hic. Jtē dicitur precaria ad preces facta donatio vsq; ad mortē accipiētis. ‡ xij. q. ij. sepe. xvj. q. iij. clerici. Jtem precaria dicitur cōtractus ad preces factus vsq; ad mortē accipientis: cuius contractus natura talis est que habetur. x. q. ij. precarie. et. j. eo. ca. vlti. qui contractus innominatus est.

‡ Et hoc nō multum differt ab vsufructū. Jo. andree.

g In quinquēniū. Quid si elapso quinquennio cum taciturnitate pretereatur? Intelligit ꝯtractus inouari. ff. de precar. in rebus. §. vlti. C. loca. l. legem quidē. arg. xij. q. ij. lōginq̄tate. Ber.

h Renouentur. Ne lōgitudine tpis pereat memoria ꝯtractus.

Diuisio. De precarijs. Primo p̄mittit factum. Scd̄o puidet ibi: p̄cipim⁹. Ab. Casus. Quidā prelati ecclesiarū faciebant pcarias in dānū eccl'iaꝝ: obligādo se et suos successores sub certa pena. statuit cōciliū carthagineñ. vt nullus successor sit obligatus in pena sui antecessoris: s; si antecessor res ecclesie irrationabiliter distraxit ad ius eccl'ie debeat reuocare. ¶ Nota q vbi contractus non tenet: nec pena sup hoc apposita. Jtē successor non obligat ex contractu habito in dānū ecclesie facto ab antecessore. Jtem successor male alienata reuocare debet ad ius ecclesie. Ber.

i De precarijs. Precaria hic accipitur pro contractu de quo vel quibus fit mentio in notula predicti ca.

¶ Glo seq. allegat. dictum ponit. allegat contrarium.

k Pena. Promissa sup contractu irrationabiliter habito. in hoc enim casu loquitur ca. cum enim contractus non valeat. † nec pena ei apposita. C. de legi. non dubium. s̄. de foro competen. si diligenti. xv. q. vj. ca. j. et. ij. C. de condi. ob causam da. l. j. sed si cōtract⁹ rōnabiliter habitus est. valet pene adiectio. ar. s̄. de arbi. dilecti. tamen si ecclesia nō agnouit contractū soluere nō tenetur. ff. de pig. acti. si pignore. §. vlti. ff. de euic. illud. §. vlti. Ar. contra † ff. de iure fis. si procurator cesaris. Ala.

† Jp̄o iure vl' ex quo p

† snīam reuocat pncipale: ergo ꝛ accessoriū. s̄m Inno. ꝛ ho. al'. eadē iura. Jo. an.

l Ab eo. Et etiam ab eo q̄ alienauit si tolerat s̄. de re. eccle. non alie. si q̄s pbr̄oꝝ. ita successor pōt reuocare quod predecessor illicite fecit. xxxv. q. ix. quod quis.

† Ad id qd̄ dixit valere adiectionē pene. et dicit pōt stari cōtrario cū pmittit qd̄ est vltra naturā ꝯctus per prelatū eccl'ie. et facit quod ibi no. i glo. fi. Joan. and.

Precariū. Sunt due ptes q̄ patent Scd̄a ibi: porro. Ab. sic. Casus. Rogasti me vt rem meā cōcederem tibi ad vtendū. ego precibus tuis concessi tibi rem illā precario: volui postea reuocare istud p̄cariū: tu nolebas mihi restituere. q̄rit vtrū ego possim reuocare cū mihi placuerit. Rn̄det q bene possum illud reuocare q̄ncunq; mihi placuerit. Jtē soluit precariū mortuo illo cui concessum fuit. sed nō soluitur illo mortuo qui concessit. Jtē soluit precariū si ille q̄ concessit precariū alienauerit: quia per talem conuentionē res aliena inuito dn̄o possideri nō licet. Secūdo dicit q p̄carie q̄ aliquādo fiūt de possessionib⁹ ecclesiaꝝ nō debēt reuocari pro voluntate concedentiū. ¶ Nota q precariū reuocatur pro voluntate concedentis. Jtem contractus qui p̄carie nominantur nō possunt reuocari ad voluntatē concedentiū: et ita differentia est inter precariū et precarias. Ber.

¶ Glosa sequens reci. per modū summe quid sit precariū: q̄tum duret ꝛc. vt notata e regione demonstrant.

m Precariū. Est autē precariū vt dictū est in ca. j. qd̄ precib⁹ ad vtendū dat: ꝛ tādiu durat q̄diu patit qui cōcessit vt hic. ꝛ. ff. co. l. j. Et est simile cōmodato: qui enī cōmodat rē suā sic cōmodat vt nō faciat eā accipiētis: sed vt permittat ei vti re cōmodata: et sicut reuocat precariū ita cōmodatū. vt. ff. e. l. j. Sed distant in hoc q commodatū nō reuocat intēpestiue. ff. cōmodati in cōmodato. §. sicut. nisi post vsum ꝯpletū. j. ti. pxi. c. vno. §. j. Precariū vero q̄nq; reuocat etiā si ad certū tp̄s sit ꝯcessum. ff. eo. cū pcario. Cōsistit aūt precariū tā in re mobili q̄ imobili ꝛ in seruitutib⁹: vt si me rogaueris vt per fundū meū ire vel agere tibi liceat: vel vt in tectū meū vel in areā ediū mearū tignū vel stillicidiū imissum habeas. ff. e. l. ij. §. vl. et. l. iij. ꝛ. iiij. in prin. Jtē in re ppria nō cōsistit precariū. ff. e. l. iiij. §. itē si rē. nisi cū debitor pign⁹ rogat precario a creditore possidere. ff. e. si debitor. rōne possessionis ꝛ nō pprietatis. ff. e. certe. §. vl. Jtē tā ille qui cōcedit precariū q̄ qui rogat possidet vnus ciuiliter et alter naturaliter. ff. e. ꝛ habet. §. pe. sed duo insolidū precario possidere nō possunt. ff. e. duo. ꝛ restitui d; pcariū in p̄stinā cām al's condēnabit intātū q̄ti interfuit actoris. ff. e. q̄situ. §. ex h̄ iterdicto. Et pcariū ꝯstituit inter pn̄tes ꝛ absentes ꝛ p epl'am. ff. e. precario. Jtē si precario durāte ꝓrogat in vlteri⁹ tp̄s nō mutat cām possessiōis. ff. e. sed si manēte. vn̄ nō d; pcariū nouū. Jtem qui pcario rogat dolū et culpā dolo ꝓximā prestat. ff. e. q̄situm. §. et illud. Ber.

Precarium ꝛ commodatuz cōueniūt et differūt

Precarium in quibus reb⁹ consistit.

Precarium a duobus possidetur.

¶ Glosa sequens signat contrarium et soluit.

n Soluitur. Obitu eius cui cōceditur precariū finit: ꝛ nō concedētis: imo ad heredē eius q̄ ꝯcessit trāsit. ff. e. cū precario. §. pcarij. et. l. quesitū. §. qd̄ a titio. qr ipi non heredi recipiētis cōcedit: vt ibi dicit: ꝛ hic idē dicit. Jtē finitur si cōcedens precariū rē alienauerit: nisi voluntate noui dn̄i res eadē permaneat penes eūdem. ff. e. quesitū. §. qd̄ a titio. ꝛ. §. illud. Jtem soluitur precariū pignoris debitore soluente pecuniam creditori. ff. e. si debitor. Ar. contra. ff. locati. l. iiij ‡ ibi finitur precariū morte ꝯcedentis. Sed hoc ideo est: quia ille qui cōcessit precariū hoc voluit et expressit voluntatē cōcedendo precariū: et ideo finit per mortē ipsius. sed hic. ꝛ. ff. de precar. l. cū precario. §. j. simpliciter cōcessum fuit precarium sine tp̄is prefinitione: ꝛ ideo non finitur per mortem concedentis. Ber.

Precarium qualiter finitur

‡ Locatio vel pcariū datio quam fecisti do nec voles morte tua finit. J. an.

est nō etiam concedētis:† aut cū ipsum alienari contingit alicui hoc reuocare volenti: quia p con- a uentionem[a] huiusmodi nō licet rem alienā inuito domino possi- b deri. ¶ Porro pcarie[b] que quandoqꝫ de ecclesiaꝝ possessionibus fieri solent non sunt pro volūtate concedentium reuocande.

De Cōmodato.

Idem gregorius .ix.

Cōmodatarius grā sui tenet etiā de leuissima culpa nō de casu nisi in trib⁹ casib⁹ hic positis. Et cōmodatū ante vsum cōpletum non reuocat. h. d. Ca. vnicū.

Cum grā sui tm̄ quis commoda c tum[c] accepit: de d leuissima[d] etiam culpa tenetur. ¶ Licꝫ casus fortuit⁹ (nisi acciderit culpa sua vel interuenerit pactum/seu in mora fuisset) sibi nō debeat iputari. ¶ Cōtra eū quoqꝫ recte cōmoda e ti nō agit: nisi post[e] vsuz expletū cuius gratia res fuerat cōmoda f ta. ¶ Cum non decipi[f] beneficio nos oporteat sed iuuari.

De Deposito.

Alex. iij. londoñ. episcopo.

Ex deposito facto apud clericū ecclesie nō tenet ecclesia: nisi in vtilitatē ecclesie sit versum. Capitulum .j.

Grauis illa querimonia vsqꝫ ad nos super deposito tuo tibi hactenus denegato peruenit: ꝛ .j. ¶ Cū eni nō constet pecuniā tuā quam ille vir be g lial furat⁹ est: i ecclesie vtilitatē[g] conuersam: non debemus de iure ꝯ canōicos eiusdē ecclesie precise intētare iussiōis instātiā: vt h tibi eādē reddāt pecuniā psone[h] non ecclesie cōmendatā. ¶ Quo circa suadem⁹ vt in illū furē tuā

a ¶ Per conuentionem. Et si ad certū tps pcariū ꝯcessum sit nihilomin⁹ ante tps illud poterit reuocare. ff. e. cum pcario. vbi sunt hec vba ꝙ nō lꝫ rē alienā ꝛc. et culpā nō pstat sꝫ dolū tm̄: ꝛ etiā culpam si dolo sit prima. ff. eo. quesitum. §. et illud. Ber.

b ¶ Precarie. In alia sigtiōe accipit h̄ h̄ nomē pcarie p ꝯctu. s. de possessiōib⁹ eccliaꝝ: de q̄ habes. s. e. ti. c. j. ꝛ. ij. et x. q. ij. hoc ius. ad fi. et. c. pcarie. nec pōt reuocari añ ꝯstitutū tps: vt h̄. nisi irrōnabilit sit fact⁹ talis ꝯtract⁹. s. e. c. ij. ꝛ ita aliđ pcariū est et aliud pcarie siue precaria. B. Vñ Host. dat tales vs⁹ Rie. ria. rium tria sunt qb⁹ est caput vnū. Rie sunt solite post singula lustra renasci. Ria fit ad mortē/nec citra vult reuocari. Riū finit tūc quādo vult suus autor.

† al'. sꝫ nō cōcedentis. et me li⁹. Host.

Precarie: precaria ꝛ precariū differunt.

¶ Rubrica De Cōmodato. ¶ Visum est de contractu qui fit grā recipiētis tātū: merito subijcit rubrica de contractu sibi siłi: nā cōiter cōmodatū fit grā recipiētꝭ tm̄: licet quādoqꝫ fiat grā concedētis vel vtriusqꝫ. Abbas sicul⁹.

Cōtinuatio.

¶ De hac materia habetur. j. dist. ius naturale.

In ecclesijs. ¶ Prio ponit dictū.scđo ampliat ibi: ita vt. Ab. ¶ Casus. Statuit vrbanꝰ pa.ꝙ monasteria que ppłm hn̄t/ habeāt capellanū suū istitutū ab ep̄o de ꝯsilio monachoꝝ q̄ ppłm regat et visitet cū necesse fuerit: cuiꝰ ordiatio et dispositio ad ep̄m ꝑtinet. ¶ Nota ꝙ monachi curā ppłi hr̄e nō debēt. Itē ordiatio ⁊ dispositio pb̄roꝝ ad ep̄m ꝑtinet. Ber.

¶ Glo.seq.alleg.vnam cōcor.in ꝯtrariū alleg.iij.canon.⁊ soluit.

e ¶ Monachorum. Hoc ius cōe vr̄.vt.s̄.de sta.mo.monachi. vbi ꝓhibent poni ꝑ parrochias. Signantur ꝯria.xvj.q.j.doctos.et.c.vos aūt.⁊.c.i parrochia. Sol. qđ h̄ đ ītellige de mōacho claustrali q̄ nō est a ppło electꝰ nec ab ep̄o istitutꝰ: monachi debēt hr̄e capellanū q̄ ministret ppło sacra ab ep̄o istitutū de ꝯsilio monachoꝝ vt hic dicit q̄ circūeat parrochiā cū necesse fuerit: qđ monachi facere nō debēt. Ibi de illis qui ꝑficiunt parrochialibꝰ ecclesijs ꝑ episcopum.hic non. † ⁊ hoc ca.loquit vbi est cōgregatio monachoꝝ.

¶ Glo.seq.reci.per contrarium de cañ.xv.q.vij.⁊c.

f ¶ Ex solius episcopi. Hoc iō dicit: q̄ mōachi nō pn̄t remouere eū: sꝫ si delinq̄ret ꝑ ep̄m dꝫ remoueri ordīe iudiciario.et ita excludūtur mōachi q̄ntū ad h̄: sed si deberet deponi tūc necessarij sunt alij ep̄i.xv.q.vij.felix.si q̄s tumidꝰ.

† Male seruatur istud c.imo videmus in monasterijs ꝑrochiā habētibꝰ mōachos claustrales ad mandatum abbatis vel ep̄i circuire ꝑrochiā et ministrare populo sacramēta. Jo.and.

De Capellis monachorum ⁊ alioꝝ religiosorum.

Urbanus.iij.

¶ Ad curā monasterio subiectā non monachi sꝫ seculares clerici preficiunt et ep̄is subsunt. Ca.j.

In ecclesijs vbi mōachi habitāt ppł's ꝑ mōachū nō regat: sed capellanꝰ q̄ ppłm regat ab ep̄o per ꝯciliū monachoꝝ[e] istituat. ¶ Ita vt ex solius[f] ep̄i arbitrio tā ordinatio eius ꝙ̄ depositio ⁊ totiꝰ vite pendeat ꝯuersatio.

Inno.iij. archipb̄ro et clericis sctē cecilie.

¶ Si ecclesia nō cathedralis vēdicat sibi ius in alia ecclesia/ obtinebit solū quo ad ea que ꝓbabit sibi deberi ꝑscriptiōe vel alio legitimo modo. h.d. s̄m cōmunē et veꝝ intellectū. Capitulum.ij.

Dilectus filius. M. syndicus ecclesie vestre ab economo scti laurētij de piscinula i scrutinijs[g]/ baptismate/ et capitulis[h] ⁊ similibus subiectionem postulās possessorium et petitoriū[i] itētabat. Cū eni ecclesia scti

Dilectꝰ. ¶ Tria facit. Prio ponit petitiōeꝫ actoris. Scđo defēsiōeꝫ rei. Tertio pa pe diffinitionē. Secunda ibi: ad hec. Tertia ibi: nos. Abbas siculꝰ. ¶ Casus. Syndicꝰ ecclesie sctē cecilie nomie ipius ecck̄ie petebat ab economo scti laurentij de piscinula subiectiōeꝫ i scrutinijs baptismate/ capł'is ⁊ silibꝰ possessoriū et petitoriū itētādo dicēs ꝙ cū ecck̄ia sancti laurētij sit i ꝑrochia sācte cecilie sita đ iure cōl dꝫ ei i ꝑdictꝫ oibꝰ subiacere cū ꝑuilegiū exemptiōis nō hēat.nec ꝑscriptionē ꝓ se poterat allegare cū ecck̄ia sctē cecilie ꝑscripsisset ꝑdicta sicut ꝑ testes dicebat esse ꝓbatū: ꝑterea cum iter ꝑdictas ecck̄ias coram C.pa.sup ꝑdictis q̄stio vteret. M. pb̄r ecclesie scti lau.fuit sponte ꝯfessus ꝙ ecck̄ie sctē cecilie debebat scrutiniū ⁊ baptisma.et cū ecck̄ia sctē cecilie vellet producere testes ad ꝓbādū ꝙ ille pb̄r diuersis tꝑibꝰ vocatꝰ fuerat ad capłm: ⁊ ꝙ ad ip̄m venerat dictus pb̄r ꝯfessus fuit se vocatū ad capłm venisse.v̄.C.restituit ecclesiā scē cecilie q̄ ad capłꝫ q̄ ꝯq̄sta fuerat se spoliatū saluo iure ꝓpetatꝫ ecck̄ie scti lau.ꝑ đ g̃ syndicꝰ sctē cecilie ꝓbare volebat ꝓꝑetatē q̄ ad scrutiniū ⁊ baptisma ⁊ possessionē q̄ ad capłm. Ad hoc economus scti lau.ex aduerso r̄ndit ꝙ ecck̄ia ipa nullo medio ꝑtinet ad ro.ec.ꝑterea ipa ecck̄ia fuit mōasteriū monialiū ⁊ gn̄alit s̄uat in vrbe vt nullū mōasteriū titulo sit subiectum: q̄re icōgruū videbat vt reglares scł'aribꝰ supponant. ⁊ dn̄s pa.i ipa ecck̄ia istitutionē liberā exercebat ⁊ destitutionē. Dn̄s pa.his et alijs itellectꝫ ꝯdēnauit economū scti lau.syndico ecck̄ie sctē cecilie i scrutinio ⁊ baptismo. ita tñ ꝙ ꝑ hoc nullū ꝑiudiciū gn̄et ro.ec.si q̄n ius suū forte duxerit ꝓsequēdū. In istōne vo ⁊ destitutiōe ⁊ capło economū scti lau.ab ipetitiōe syndici sctē cecilie ꝓrsus absoluit: sibi sup hoc ꝑpetuū silētiū iponēdo. ¶ Nota ꝙ i eodē libello pōt q̄s itētare possessoriū ⁊ petitoriū sup diuersis articulis ⁊ etiā sup eodē. Itē ꝯfessio syndici vel ꝓcuratoris ꝑiudicat ecck̄ie. Itē obediētia ꝓbāt ꝑ hoc ꝙ quis vocat ⁊ venit ad capłm vel ꝯciliū. Itē ꝓtestatio faciēda est ne factū ꝓpriū sue ecck̄ie noceat. Itē in ꝑsona syndici formāda est sńia ⁊ ideo ꝯdēnationis ⁊ absolutiōis sententia potest in ꝓcuratorem vel syndicum proferri. Ber.

g ¶ In scrutinijs. Sic.s̄.de ma.et obe.his q̄. Scrutiniū hic et ibi appellant cathecismi siue exorcismi q̄ fiūt baptizādis ꝑ.xx. ‡ dies añ baptismū.de q̄bꝰ legit.de ꝯse.di.iiij.añ baptismū.⁊.c.añ vigiti.⁊ x.q.j.ꝑuēit. Et ē vulgare romanoꝝ.alr accipit scrutiniū.s̄.de scru.c.vno.⁊ alit accipit in ꝯcił.lugdu.s̄.de elec.i electiōibꝰ.⁊.c.q̄ ꝓpt.

h ¶ Capitulis. Id est synodo siue cōuētu vbi vitia corriguntur.

¶ Glo.se.no.in eodē libello ⁊c.inducit duo similia ⁊ subdit cām.

i ¶ Possessoriū et petitorium. Sup diuersis ca.s.petitoriū quo ad scrutiniū ⁊ baptisma: possessoriū quo ad capłm ⁊ sic due actiones simul in eodē libello pn̄t ꝓponi. † sicut ⁊ de possessione soli interdicto. vnde vi possum expiri: ⁊ de rebꝰ vi ablatꝫ ad exhibēdum vel vi bo.rap.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j.§.si fundꝰ.de quo ⁊ pro eadē re pn̄t ista duo simul itētari: ⁊ ab eadē parte: vt hic.s̄.de cau.pos.ca.ij.iij.et.iiij.⁊.c.cū dilectꝰ.vbi materia ista expedit.⁊.c.pastoralis. Itē et vnū iudiciū sufficit ad plures societates.ff.ꝓ so.cū duobꝰ.§.si plures.al's icipit lex ista sub q̄ est iste.§.si iter fr̄es.ar.ff.fami.her.herc

‡ Dic Gof. ꝙ i septimana sctā fieri ꝯsueuerunt circa pueros postea i magno sabbato baptizādos. Jo.and.

† Cōcordat đ testi.significauerūt.đ cā pos.cū super. Jo.an.

des. §. si de pluribus. ꝛ. §. seq. et hoc fit causa dirimendarū litiū. ar. ff. de ac. emp. non est nouum. ꝛ. ī. de cau. pos. ca. ad vltimū.

a ¶ De iure communi. ī. titu. proxi. constitutus.

b ¶ Prescriptionem. Immo et si allegasset eam non iuuaret nisi allegaret eam ex alterius persona. ī. de prescrip. cum ex officij.

c ¶ Uerteret. Sup diuersis articul'. s. petitorio q̄tū ad scrutiniū et baptisma: et possessorio q̄ ad capl'm: vt pꝫ ex ipa lra. Sꝫ mō corā innocētio agebat possessorio † et petitorio: ꝛ q̄ nō fuit mō pbatū de ꝓprietate q̄ ad capl'z: absoluit eccl'a scti laurētij q̄ ad capl'z. vt in fi. Sꝫ dū ecclesia romana habuit ibi istōnē et destitutionē. et eccl'a scte cecilie illa solūmō hēbit postea q̄ pbr̄ ꝯfessus fuit q̄tū ad ꝓprietatē corā celestino papa: cū i oib' alijs eccl'a scti laurentij ptineat ad ecclesiā romanā. vt i fi. pꝫ.

† Etiā sup possessorio nō ꝓnūciat ꝫm Inno. sꝫ p̄dici q̄ p' nūciauit in decisa. ꝫm Pe. et Ab. Jo. and.

d ¶ Spōte confessus. Et sic ꝯfessio ꝓcuratoris p̄iudicat dño. Iste pbr̄ ꝓcurator erat ecclesie scti laurētij. De hoc not. ī. vt lit. nō ptest. c. j. Et spōte dicit: q2 sec' si coact'. ī. de accu. si ꝯstiterit. Et ꝯfessio i vno iudicio facta corā celestino valet hic in alio corā innocētio vt pꝫ. B. ¶ Glo. se. alle. vnā ꝯcor. ꝛ signat vnū ꝯtrarium.

e ¶ Se vocatū iuisse. Per hoc igit pbat possessio ‡ obedietie q̄ aliqs vocat' ad synodū venit. ar. ī. de his q̄ fi. a ma. par. ca. ex ore. Ar. ꝯ. ī. de resti. spo. olim.

‡ Sꝫ nō p' ꝯeras. J. ā.

f ¶ Curauit. Eodē iure debuit ꝓnūciare diffinitiue super predictis duobus articulis sꝫ noluit. Ber.

g ¶ Scrutinium ꝛ baptisma. In his duob' obtinuit: in oibus alijs succubuit. vt. ī. sequit. ¶ Glo. se. obijcit ꝛ dupliciter soluit.

h ¶ Titulo. Id est plebi secl'ari. xviij. q. vi. puenit. ꝛ. c. dudū. Sed nōne subijcit epō q̄ est secl'aris? sꝫ illō est vt dixit Uin. ꝑpt excellētiā dignitatis. † immo veri' vt. T. dixit: q̄ de iure cōi monachi pūt subesse titulo. i. plebi secl'ari. xvj. q. j. alia. ꝛ. c. ecclesia habet. ꝛ. c. legi. ar. xciij. dist. a subdyacono.

† Facit q̄ǒ no. de elec. null'. li. vj. i vi. glo. J. ā.

i ¶ Economum sancti laurentij. Hic format sniā in persona ꝓcuratoris siue economi: non tamē ipse conuenietur vel cōuenietur actione iudicati nisi esset defensor tm̄ vel datus in rem suam. ff. de ꝓcu. plautius. Ar. cōtra. q̄ in psona domini. ī. de pba. licet. De hoc traditur. ī. de elec. querelam.

k ¶ Generetur. Et ita papa iudicat q̄ ei nō obsit exceptio rei iudicate. ī. ī. de re iudi. c. suborta. vnde bene p̄scribitur ꝯ monasteriū exēptū spacio legitimo. xl. an. lꝫ nō ꝯtra papā. xvj. q. iiij. volumus.

l ¶ In institutiōe. Hic pꝫ q̄ i q̄busdā iurib' epalib' ‡ pōt p̄scribi: ita q̄ nō ꝑpt h̄ in alijs. ꝛ ita fallit regl'a illa q̄ ꝑ ptē tota fuit' retinet. vt. ff. de fui. ru. p̄di. vna est via. de hoc dꝫ. ī. de p̄scrip. auditis: et hoc iō est: q2 ius epale est gen' multas hñs species sub se quarū multe enumerant. ī. de of. or. cōquerēte. ꝛ. c. dilectus. in glo.

‡ Licet ista institutio. s. ꝛ destitutio sint epalia. Jo. and.

Diuisio.

Ex parte tua. ¶ Diuidit. primo ponitur ꝯsultatio. secundo respōsio ibi: cū autē. Ab. ¶ Casus. Abbas ꝛ cōuētus riueñ. veneteñ. dyoce. lras apl'icas ad quosdā iudices ipetrarūt. ne eps dyoce. eos cōpelleret plures monachos ponere in q̄busdā ꝑoratibus suis vbi singuli monachi esse cōsueuerūt: cū pluribus facultates nō sufficerēt eorūdē: indsita ꝑus ꝯitate de facultatib' ꝑoratuū occasione istaꝝ lraꝝ dicebāt sibi esse ꝯcessum vt in singulis ꝑioratib' suis singuli monachi cōmorent: dūmō pluribus facultatib' si ue facultates nō suppetāt eorūdem. Eps veneteñ. significauit hoc dño pa. et ipe rescribit ei dicēs cū istud obuiet ꝯcil'. lateraī. de quo nulla fit mētio in lris ꝑdictis. Rñ. q̄ nō credit hmōi lras a se. apo. emanasse. q̄ǒ si forsitā ꝑ occupationē emanauerint/ nō vult ꝑ hoc derogare cōcilio antedicto. ¶ Nota q̄ monachi i ecclesijs soli cōmorari nō debēt. Itē si q̄s litteras ipetrat ꝯ aliq̄ǒ ius siue cōciliū: de ipo iure siue ꝯcilio mētionem facere debet: alit nō valet. B. Glo. se. incipit casum.

laurētij sit in ꝓchia vr̄a sita dꝫ de iure cōi^a eccl'ie vr̄e i ꝑdict' oibus subiacere: q2 nec priuilegiū exēptiōis hꝫ: nec ꝑscriptionē^b ꝓ se poterat allegare: cū illa eccl'ia scte cecilie ꝑscripsisset sicut ꝑ testes dicebat legitime cōprobatū. Preterea cum corā. C. papa. ꝑ. no. sup ꝑdictis iter vestrā ꝛ ꝑdictā eccl'iaꝫ q̄stio ꝯteret^c. M. pbr̄ eiusdē eccl'ie fuit sponte^d ꝯfessus q̄ ecclesie scte cecilie scrutinium ꝛ baptisma debebat. Cūq̄ pars vr̄a testes q̄ se illū diuersis tēporib' ad capl'm vocasse ipsūq̄ venisse asserebāt in mediū ꝑduxisset eis iurare paratis: ꝑdict' pbr̄ se vocatū^e iuisse ad capl'm est cōfessus: vñ ꝑdict' pre. n. ecclesiam vestrā capl'o quo se ꝓq̄sta fuerat spoliatā saluo iure ꝓprietatis ecclesie scti laurētij reuestire curauit^f: sicut in ei' lris ꝯtinet. ꝑ hoc ergo ꝓprietatē quo ad scrutiniū^g ꝛ baptisma: ꝛ possessionē quo ad capitulū: vester voluit syndicus cōprobare. ¶ Ad hec scti laurentij econom' ex aduerso rñdit q̄ eccl'ia illa nullo medio ad romanā ecclesiā ꝑtinebat. Cū eni monasteriū monialiū fuerit: ꝛ generaliter ꝓuet in vrbe vt nullū monasteriū titulo^h sit subiectū: incōgruū videbat vt regl'ares seculari' supponātur: ꝑterea vsq̄ hodie nos in ea institutionē ꝛ destitutionem liberā exercemus: et. ī. ¶ Nos igit auditis ꝓposit' economū^i scti laurētij syndico vr̄o i baptismo ꝛ scrutinio ꝯdēnam': ita vt ꝑ hoc eccl'ie romane nullū p̄iudiciū gñetur^k si q̄ñ forte ius suū duxerit ꝓsequēdū. In institutione^l autē ꝛ destitutiōe ꝛ capl'o economū ipm ab ipetitiōe syndici vr̄i ꝓsus absoluim': syndico vr̄o sup h̄ ꝑpetuū silētiū iponentes. Hono. iij. epo veneteñ.

¶ In ꝑoratib' monachorū non possunt singuli monachi cōmorari: etiā si sup h̄ habeāt rescr̄ptū apl'icū: nisi in illō fiat mentio de lateraneñ. concilio. Ca. iij.

Ex parte tua fuit ꝓpositū: ꝛ. ī. ¶ Abbas ꝛ ꝯuētus riueñ. venete. dyoce. occasiōe lraꝝ^m ap. se. asserūt^n sibi eē ꝯcessum: vt in singulis ipoꝝ ꝑoratib' singuli monachi cōmorent si plurib' facultates nō suppetūt eorūdē. ¶ Cū autē id obuiet later. ꝯcil. de quo nulla mētio^o est i lris antedictis. F. t. breuiter respōdem' q̄ hmōi lras ab apo. se. non credim' emanasse. Qz si ꝑ occupatiōem^p forsitā emanauerint: nolumus^q per hoc derogari ꝯcilio supradicto. Idem burdegaleñ. archiepo.

¶ Ordinarius compellit abbatem vt monachos a prioratib' reuocet ad claustrum: vel eis socios adiungat. Capitulum. iiij.

Ad audientiā nostrā ꝑuenit q̄ nonnulli monachi lege tibi dyocesana^r subiecti: in quibusdā prioratibus habitant solitarij ꝯtra statutū generalis^s ꝯcilij. ¶ Ideoq̄ mandam' quatenus ipsoꝝ abbates seu ꝑores: vt vel ipos ad claustrū reuocēt: facietes in ipis ecclesijs deseruiri ꝑ clericos seculares: vel alios monachos eisdem associēt^t cum quibus vitā possint ducere regularem monitione premissa ꝑ censuram ecclesiasticam cōpellas.

m ¶ Litterarum. Littere iste tales fuerūt. Impetrauerūt mōachi isti litteras ad quosdā iudices † ne eps dyocesan' compelleret eos plures mōachos istituere i quibusdā ꝑoratib' suis: vbi singuli mōachi eē ꝯsueuerūt: cū plurib' nō sufficerēt facultates eorūdē: iq̄sita pri' ꝯitate de facultatib' ꝑoratuū: occasione taliū lraꝝ dicebāt ꝫm q̄ǒ iferi' ꝯtinet.

† Hōst. dicit istos fuisse ꝯuatores ꝯ dyocesanū. Jo. an.

n ¶ Asserunt. Et male q2 lꝫ i ecclesijs illis non possēt eē ples mōachi: non tñ papa ꝯcederet q̄ soli mōachi i singul' ꝑoratib' singularit ponerent: q2 illō eēt ꝯ ꝯciliū lateraī. ī. ǒ sta. mo. c. ij. ꝛ est expressum. ī. c. pxi. vnde lre iste de ꝑscia pape nō emanauerūt. B.

o ¶ De quo nulla mētio. Et sic pꝫ q̄ si quis lras ipetrat ꝯ aliq̄ ius siue ꝯciliū: nō valet. nisi fiat mentio de illo iure. ī. de rescrip. nonnulli. et ī. de eta. ꝛ quali. cā te.

p ¶ Occupationem. Sic. ī. de sen. excōmu. si aliq̄ñ. C. de libe. cau. iubemus. † idē esset si per iportunitatē peteret. C. de pe. bo. sublat'. l. j. li. x. ar. ī. de rescrip. si q̄ñ.

† Uide ǒ symo. intātū. sup. iij. glo. Jo. and.

q ¶ Nolumus. Tamen si vellet ‡ bñ posset dispensare ꝯ cōciliū: quia auctor illi' ꝯcilij i parē non habuit potestatē. ī. de elec. innotuit. ꝛ papa maior est q̄ᵹ conciliū. ī. de elec. significasti.

‡ Sed h̄ nō dꝫ vlle ꝑpt ꝑiculū pcti carnalis cōcupiscentie q̄ǒ imminet sp̄alit. et est seq̄la solitarie vite religiosi in t̄bo mines ꝑuer sant'. et hoc cōsiderauit conciliū lateraī. vt ibi pꝫ. Jo. an.

Ad audientiam. ¶ Primo ponit trāsgressiōe cōciliū quā scdo mandat corrigi ibi: ideoq̄. Ab. ¶ Casus. Significatū fuit dño pa. q̄ q̄dā subiecti archiepo burdegaleñ. solitarij habitabāt in q̄busdā prioratib' ꝯtra statutū lateraneñ. ꝯcil'. vnde mādat pa. eidē archiepo quatenus abbates seu priores ipsoꝝ vt vel ipos reuocēt ad claustrū faciētes ꝑ clericos seculares in eisdē ecclesijs deseruiri: vel associēt sibi alios monachos cum quib' vitā regularem obseruent per cen. eccle. monitione premissa cōpellat. ¶ Nota q̄ monachi in ecclesijs soli sine alijs monachis habitare nō debēt contra cōcil'. lateraneñ. Itē epi possunt cōpellere abbates ne monachos solos per villas dimittant. Ber.

r ¶ Dyocesana. Id est iurisdictionis. De hac lege not. ī. de offi. ordina. dilectus.

s ¶ Generalis concilij. Hic vocat papa lateraī. ꝯciliū gñale q̄ǒ babes. ī. de sta. mo. c. ij. sed cōciliū. Inno. semp sic appellatur. ¶ Glo. seq. ponit differentiam quā improbat.

t ¶ Eisdē associent. Et ita epi cōpellere debēt abbates ne monachos ꝑ villas solos dimittāt: sec' i canonicis regl'arib' si eligerent ad regimē aiaꝝ. nā illi nō cōpellunt alios secū h̄re: nisi id cōmode facere possint. ī. de sta. mo. q̄ dei timorē. sꝫ ibi est collegiū. vnde idē videt de regularib'. s. q̄ nō deberent esse soli in capellis.

Continuatio. ¶ Rubrica De iure patronatus. ¶ Supra visum est de pbr̃e. et dignita. item de religi. domi. itẽ de capel. mona. sed quia ad istas fit institutio nõnunq̃ per presentationẽ patroni et sic posset dubitari de iure patro. et de modo p̄sentãdi merito ꝛc. Abbas siculus. ¶ De hac materia tractat. xvj. q. vij. pie mẽtis. §. cum ergo. vsq; ad fi. q. j. q. v. si qs epo̅rum.

Diuisio. Perlatum. ¶ Duo facit ꝯcilium. Primo ꝓhibet ecclesiã inter patronos diuidi. Scd̃o ponit qd̃ facere debeat eps cũ patroni non ordinãt ecclesiã. scd̃a ibi: et si. Ab. sic. ¶ Casus. Aliqñ ꝯtingit q̃ vnus patron⁹ ecclesie relinq̃t plures heredes. quilibet heredũ vult ꝓ suo arbitrio ecclesiã ordiare cũ vacat. statuit ꝯciliũ q̃ īter heredes patroni eccl'ia diuidi non debeat. et si discordia fuerit inter eos ꝓpter quã sacerdos ibi ordinari nõ possit: eps ꝓcipiat vt nullomõ missarũ solẽnia celebrentur ibidẽ donec ad ꝯcordiã redeãt et canonice ꝓuideãt ecclesie. ¶ Nota q̃ eccl'ie diuidi nõ debẽt. Itẽ eps potest cõpellere patronos ecclesiarũ discordãtes per subtractionem diuinoꝝ vt ad cõcordiã redeant. Ber. ¶ Glo. se. fortificat textũ ꝑ ratione ad quã inducit quattuor iura. Secũdo tractat an iuspatronatus cuiq; patrono cõpetat insolidum. In fi. querit et argu.

† al'. ordinari.

De Iure patronat⁹.

Ex concilio mediolaneñ.

¶ Si ꝓpt' discordiã p̄ronoꝝ ecclesia caret administratõe: cessat in ecclesia a diuinis: tollunt' reliquie: et ostia claudunt' si aliter sine scandalo ecclesie ꝓuideri non põt. h. d. cũ. c. sequẽti. Capitulũ. j.

Perlatum est: ꝛc. ¶ Nobis visum est q̃ ecclesia inter heredes patroni diuidi nõ debeat[a]. ¶ Et si simultates[b] inter eos surrexerit ꝓpter quas sacerdos suo ibi officio canonice fungi nõ possit: si aliter ꝓuideri nõ poterit: precipiat ab epõ vt nullo mõ ibi missarũ solẽnia celebrẽtur[c] donec ad ꝯcordiã redeãt. et ecclesia sacerdotẽ canonice habeat: qui libere suũ ministerium valeat exercere.

Ex concilio triburieñ.

¶ Sũmatũ est i. c. primo. Ca. ij.

Quecunq; ecclesia: ꝛc. ¶ Si ꝯtigat ꝓ ecclesia dissidere[b] patronos vt eã nolit sub vno pbr̃o ꝓcurari †: eps (si alit' nõ poterit ipi ꝯsulere) tollat inde reliq̃as[c]: atq; eiusdẽ eccl'ie claudat ostia. vt sacrũ mysteriũ null⁹ i ea celebret / anteq̃ vnũ eligãt pbr̃m q̃ sacrosctã sit ydoneus ꝓcurare.

ecclesiaꝝ vel eoꝝ heredes abutunt' potestate sibi ab ecclesia cõcessa: quia cũ vna ecclesia vnius debeat esse rectoris ipi in discordia plurimos p̄sentãt. vnde statuit lateraneñ. concil. vt si forte vota patronoꝝ in plures partes se diuiserint: ille p̄ficiat' ecclesie qui plurimoꝝ eligit' et approbat' assensu: et al's ydoneus fuerit. Si autem hoc sine scãdalo fieri nõ poterit: eps ordĩet ecclesiam s'm qd̃ melius sibi visum fuerit. In fine dicit si de iure patronat⁹ questio emerserit inter aliquos: et illa ĩfra quattuor mẽses nõ fuerit diffinita: ex tũc superior ordinet ecclesiam. ¶ Nota q̃ ex fundatiõe ecclesiarũ acquiritur iuspatronatus. Itẽ plures rectores nõ debẽt institui in vna ecclesia. Item electio maioris partis tenet dũmodo electus sit ydoneus. Item ꝓpter scãdalũ aliqñ receditur a iure. Itẽ si questio iuris patronat⁹ ĩfra quattuor mẽses nõ finiatur. eps postea ordinare potest ecclesiam. Ber. ¶ Glo. seq. reci. p. q. an ex refectione ꝛc. et ponit opi. Lau. quã determinat. scd̃o q̃rit arg. pro et cõtra. et tenet vltimũ.

† al'. desfe sione.

† al'. p̄sonas.

Ex concilio lateraneñ.

¶ Si patroni i p̄sentãdo discordant / p̄fert' p̄sentat⁹ a maiori pte si est ydoneus: et si hoc sine scãdalo fieri non põt: vel patroni ĩfra tẽpus debitũ nõ p̄sentãt / eps ordinabit ecclesiam. Capitulũ. iij.

Quoniã in q̃busdã locis fũdatores[f] ecclesiaꝝ aut heredes eoꝝ potestate i qua eos ecclesia hucusq; sustinuit abutuntur[g]: et cũ vna ecclesia vnius debeat esse rectoris ꝓ sua dissentione † plurimos rep̄sentãt. ¶ Presenti decreto statuim⁹ vt si forte in plures partes † fũdatoꝝ se vota diuiserint: ille p̄ficiat' ecclesie qui maioribus[h] iuuat' meritis: et plurimorũ eligit' et approbat' assensu. Si aũt hoc sine scandalo[i] esse nequiuerit: ordinet[k] antistes ecclesiã sicut meli⁹ eã s'm deum viderit ordinãdã. Et id ipm etiã faciat si de iure patronat⁹ q̃stio emerserit inter aliquos et cui cõpetat infra quattuor[l] menses nõ fuerit diffinitum. Ex eodem.

¶ Excõicant' patroni layci qui clericos instituũt et destituũt in ecclesijs etiã patronatis vel bona ipsaꝝ aliter administrant. Et clerici q̃ institutionẽ laycoꝝ recipiunt cõmunione ꝑuent'. Ca. iiij.

Preterea quia intũ quorũdam laycorũ processit

f ¶ Fundatores. Nota q̃ ex fundatiõe ecclesie acquirit' iuspatronatus vt hic. et. j. e. vij. q. vij. filijs. et. j. e. co. nobis. Sed ex refectiõe vel reparatione nõ acq̃rit' vt dicebat. L. ar. ff. ne quid i loco publi. l. j. §. vicinales. ea videlicet ratione q: qd̃ humani iuris esse desijt seruiturẽ nõ recipit. ff. cõmu. ꝑdi. tam vr. ꝗ ru. l. caueri. † qd̃ intelligo cũ omnino nõ est destructũ monasteriũ vel ecclesia. sed si funditus destructũ sit et de ꝯsensu epi aliqs vellet reedificare ecclesiã credo q̃ acq̃rat iuspatronat⁹: q: pinde est ac si ab initio ecclesiã ꝯstruxisset. j. de iude. cõsuluit ar. Itẽ qd̃ si reedificata est eccl'ia de eadẽ materia nũqd̃ ꝓor patron⁹ remanet patronus. Videt' q̃ sic: q: eadẽ eccl'ia itelligit'. ff. de iudi. ꝓponebat. ꝛ. vij. q. j. deniq;. et ar. ff. de vsufru. si in area. ꝛ. ff. de ser. vr. ꝑdi. seruitutes. §. si sublatũ. et hec eccl'ia loco ꝓoris succedit. vñ ea itelligit'. ar. ff. si qs cau. si eũ. §. q iniuriarũ. ꝛ. ff. si ex noxa. cau. l. ij. in fi. ff. de vsufru. dñs. in ꝑn. ff. de ser. ru. ꝑdi. attilicin⁹. Ar. ꝯ. q: desinit esse patronus: et obligatio semel extincta ꝛc. ff. de solu. qui res. §. areã. et de p̄se. dist. iij. queris. qd̃ verius videtur.

Jus pronat⁹ an acquirat' ex refectione ecclesie?

† Per hãc l. dixit Ain. j. e. co. signifi casti. q̃ si aliquis cõstruxit ecclesiã et eam fecit cõsecrari q̃ alius eã dotãdo p̄ronatum sibi nõ ꝑt acq̃rere. Jo. and.

a ¶ Diuidi nõ debeat. Quia ad mutabilitatẽ mundanaꝝ necessitatũ eccl'ia turbari nõ debet. x. dis. lege. ꝛ. iij. q. vj. hoc q̃ppe. ꝛ. c. di. c. j. ꝛ. j. e. q̃ri moniã. Et no. q̃ iuspatronat⁹ apud vnũquẽq; heredũ est insolidũ quo ad oẽm eius effectũ. ff. de bo. lib. si libertus. in fi. ꝑter sacerdotis p̄sentationẽ que est apud oẽs. † ita q̃ apud nullũ vt hic patet. ꝛ. j. e. ca. ꝓxi. sicut electio. q: res simplex est et indiuisibilis. et sic ad quẽlibet heredẽ insolidũ trãsit: etiã si ex diuersis et inequalib⁹ partib⁹ sint heredes. ar. ff. de ser. via. C. de relig. si sepulchrũ. ꝛ. ff. e. l. q̃ sicut. ꝛ. l. vsufruct⁹. ꝛ. ff. ad le. fal. l. j. §. si vsufruct⁹. ꝛ. ff. de vsu ꝛ ha. vsus. quia incorporalia diuidi nõ possunt. ar. vij. q. j. nihil. Quid si nõ cõueniãt possent ne pacisci ‡ adinuicẽ vt alternis vicib⁹ p̄sentarẽt? Ar. q̃ sic. ff. de vsufru. quotiẽs. ff. de serui. via. in fi. ff. cõmu. diui. l. cõmuni diuidũdo. §. si de vsufructu. Inno. cõtra. cũ sit res sp̃ualis. vide cle. plures. eo. ti.

† Hoc ĩtendit q̃ lz q̃lz sol⁹ sit p̄ronus: non tñ al' sol⁹ isolidũ poterit p̄ntare: sed hẽbit' ꝯsideratio pluriũ p modũ q̃ d'r. j. c. qm̃. si ei singul' ꝯpeteret isolidum p̄ntatio occupãtis cẽt melior ꝯditio. de p̄be. si a sede. lib. vj. de ꝓcu. si duo. co. li. qd̃ est falsũ vt ibi. Jo. and.

‡ Sic de auctoritate superior sj. e. q̃rimoniam. s3 Inno. vt ibi not. hic tñ ꝑ eãdem decre. dixit simplr' hoc fieri nõ posse. hodie ꝑ cle. expeditũ est q̃ etiã sine superior auctoritate hoc p̄nt. eo. tit. p̄les. s̃. rñ. Jo. an.

† Scz si poneret ibi rectorẽ. Jo. ã.

b ¶ Simultates. Id est latentia odia siue discordie.

c ¶ Celebrentur. Sic. xvj. q. vij. considerandũ. ꝛ. c. si plures. sed hoc hodie seruari nõ debet si aliquo modo sine scandalo possit ecclesia ordinari. j. eo. quoniam. Ber.

Quecunq;. ¶ Casus. Si patroni ecclesie discordes fuerint vt eam nolint de vno pbr̃o ordinare: si eps aliter ecclesie cõsulere nõ poterit: tollat inde reliq̃as et claudat ostia ecclesie. nec diuinũ ibi celebret' officiũ donec canonice vnũ elegerint pbr̃m. Ista duo cap̃la reducẽda sunt ad. c. seq̃ẽs. ¶ Nota q̃ eps potest cõpellere patronos discordãtes ad ordinãdã ecclesiã de vno pbr̃o. B.

b ¶ Dissidere. Id est discordare.

¶ Glo. seq. ponit triplicem lecturam melen. Jo. fauen. et Alani.

c ¶ Reliquias. Quidã dicũt sicut melend⁹ q̃ hoc. c. nõ tenet et illa. c. similiter nõ tenẽt. xvj. q. vij. cõsiderãdum. ꝛ. c. si plures. ꝛ. c. seq. qm̃. et. c. eã te. nisi forsitan ex facto epi † magnũ scandalũ oriretur tunc posset seruari hoc qd̃ hic dicit' ad tẽpus. qd̃ satis videtur Jo. fa. dicebat tollat reliquias. i. nõ ponat Ala. intelligit de reliquijs q̃ sunt in capsis extra altare: qd̃ est verũ quia de illis que sunt in altari non intelligitur.

Quoniam. ¶ Primo ponit abusum patronoꝝ. Scd̃o cõstitutionẽ ibi: p̄senti. Ab. ¶ Casus. In quibusdã locis patroni

g ¶ Abutuntur. Et ita perdere debent priuilegium. xj. q. iij. priuilegium. ꝛ. lxxiiij. dist. vbi ista didicisti.

h ¶ Qui maiorib⁹. Si. lxiij. dist. si forte. Sed nunqd̃ req̃rit' q̃ maioris sit meriti et q̃ plures eũ p̄sentẽt? ꝯ vr' velle hec l'ra: sed vr' sufficere si sit ydone⁹: dũ tamẽ habeat maiorẽ partẽ: lz alius sit melior. De hac materia d'r. s̃. de elec. eccl'ia vestra. ꝛ. j. de of. custo. c. ij.

i ¶ Sine scandalo. Ar. q̃ propter scandalum receditur a iure. s̃. de preben. cum teneamur. ꝛ. j. de no. ope. nunci. cũ ex iniuncto. et. s̃. de tempo. ordi. ad aures. vbi de hoc.

k ¶ Ordinet. Ponendo ibi rectorem: ita q̃ ipsum postea representet si voluerit. ar. j. eo. si vero.

l ¶ Quattuor. j. eo. cum propter. contra. j. c. eam te. ibi soluitur.

Diuisio. Preterea. ¶ Duo sunt dicta. Scd̃m ibi: clericus. Abbas sic. ¶ Casus. Quidã layci patroni in tantã audaciã ꝓrorũpunt vt sine auctoritate epoꝝ clericos instituũt in ecclesijs et destituũt: possessiões et alia bona eccl'iaꝝ ꝓ sua volũtate distribuũt: ꝓpt' qd̃ lateraũ. cõcil'. decreuit illos anathemate feriẽdos. Clerici ꝟo q̃ ecclesias de manib⁹ recipiũt laycoꝝ sine auct'e epi sui cõione ꝑuent' et si eas nõ dimiserĩt: a ministerio eccl'ie et ordine deponant'. ¶ Nota q̃ layci etiã patroni de reb⁹ eccl'iaꝝ sp̃ualib⁹ vel tẽporalib⁹ sine auct'e epi sui nihil disponere debẽt. Item sine auct'e epi clerici non debẽt īstitui i ecclesijs. Itẽ pena clerici recipiẽtis b̃ñficiũ de manu

layci est vt cōmunione priuetur. Item pena clerici nō dimittentis beneficium receptum a layco est ꝙ deponi debet. Ber.
a ¶ Instituant. xvj. q. vij. layci. ⁊ c. per laycos.
b ¶ Ecclesiastica. xvj. q. vij. decimas.
c ¶ Per laycos. ī. de priuile. cum et plantare.

in possessione saltē de facto: et nisi consensus epi accesserit non valet donatio. et ita concordat cum illa. ī. eo. cura.
Quia clerici. ¶ Primo ponit̃ excessus. scḋo pena ibi: eosdē. Diuisio. Ab. ¶ Casus. Quidā clerici cōparāt ius patronatus ecclesiaꝝ. vel alio modo quo possunt acquirūt / vt postmodū cū vacauerint / eorū filij vel nepotes p̃sentent ad eas. p̃cipit pa. epo exonieñ. vt h̃ districte ꝓhibeat: ⁊ eosdē clericos aduocationib⁹ taliter acq̃sitis ap. re. spoliet. ¶ Nota ꝙ ius patronatus emi nō debet. Itē q̃ ius pr̃onat⁹ emit eo debet p̃uari. B.

audacia: vt epoꝝ auctoritate neglecta clericos instituant[a] in ecclesijs: ⁊ remoueāt cū voluerint: possessionē quoq₃ atq₃ alia ecclesiastica[b] bona pro sua voluntate plerūq₃ distribuāt: ipos anathemate decernim⁹ feriēdos. ¶ Clericus autē qui ecclesiā ꝑ laycos[c] sine proprij episcopi auctoritate receperit cōmunione priuetur[d]. et si persttiterit: a ministerio ecclesiastico et ordine deponatur.

Alexan. iij. eboraceñ. archiepo.

¶ Si patronus laycus successiue p̃sentat duos / ⁊ scḋs instituitur ab epo valet istitutio. h. d. primo. Patronus non pōt clerico vel alteri eccl̃ie ꝯferre ecclesiā patronatā vł alteri donare. Cap. v.

Quod autē consulis: si clericus ydoneus ad vacantē ecclesiā p̃sentat⁹ non fuerit ab epo dyocesano admissus: et postmodum alius ydoneus p̃sentatus ⁊ istitut⁹ ab epo possessiōem tenuerit corporalē: an p̃mo clerico ecclesiā petente debeat posterior remoueri: vel posterior priori p̃ferri? Dubiū non est q̇n in casu isto melior sit ꝯdictio possidētis[e]: q̃ñ anteq₃ p̃sentatio ꝑ dyocesanū epm̃ approbet̃: ratum nō est qḋ a patrono fuerit ichoatū. ¶ De cetero tue pru. r. ꝙ si layci clericis vel collegijs de cōcessionibus[f] vel donationib⁹ istrumēta ꝯfecerint in hec v̾ba vel similia ꝯcessi vel dedi ecclesiā: ⁊ p̃senti charta firmaui: si ꝯsensus[g] epi non accesserit: nihil agi videt̃: qꝛ ꝓ non dato[h] habet̃ qḋ ab illo datur qui nō potest de iure donare.

Idem exonieñ. episcopo.

¶ Cōparās vel emēs iuspatronatus eo spoliari debet. Vel sic. Qui emit iuspr̃onatus vt possit presētare filiū vł nepotē seu quē vult: eo priuari dꝫ. h. d. Et vtraq₃ lec. potest sustētari. Capitulū. vj.

Quia clerici quidam aduocatias[i] ecclesiaꝝ cōparāt[k]: vel quocūq₃ modo possunt acquirunt: vt postmodū eorū filij[l] vel nepotes ad easdem ecclesias p̃sentent̃: p̃cipimus vt id arcti⁹ ihibere ꝓcures. ¶ Eosdē aduocatiōib⁹ taliter acq̃sitis appellatione postposita spoliando[m].

Idē herfordeñ. episcopo et abbati de forde.

¶ Iuspr̃onat⁹ ꝯsistēs in aliqua vniuersitate t̃paliū trāsit cū ipsa vniuersitate: etiā si vniuersitas trāseat tm̃ quo ad vtile dñiū: nisi iuspr̃onat⁹ specifice sit exceptū. h. d. Et ē notabilis casus ⁊ quotidie allegatur. Capitulum. vij.

Ex lr̃is. I. salabrieñ. epi accepim⁹ ꝙ defuncta ꝑsona eccl̃ie de latoñ. G. miles q̃ villam

¶ Glo. se. pōit opi. signat lr̃e ꝯtrariū ⁊ remittit.
d ¶ Priuet̃. Et ita non est ipo iure suspēsus† q̃ recipit eccl̃iam a layco: ⁊ ꝑ hoc itellige illos canones. xvj. q. vij. si quis deinceps‡ cū alijs. ca. seq. q̃ hoc dicere vident̃. Itē alia pena etiā iponit̃ ei q̃ ꝑ abusum laycorū ꝯsentit sue electioni: quia fit ieligibilis. s̃. de elec. quisquis. Argu. cōtra. ī. eo. cura. ꝙ. s. ecclesia possit haberi ꝑ laycū ibi soluitur.

† Qḋ credo Tan. et Vin. idem Hosti. cum nec layci sint excōicati. s̃. pri. rñso. Io. and.
‡ Ubi de hoc. ⁊. s̃. de renū. quod in dubijs. ⁊ habēt locū hec iura vbi laycus dat eccl̃iam in titulū. secus si in ꝓprietatem. sm̃ Vincē. Io. and.

Quod autem. ¶ Duo sūt dicta. Secūdum ibi: de cetero. Ab. sicu. ¶ Casus. Patron⁹ eccl̃ie ad vacantē ecclesiam p̃sentauit p̃lato suo (ad quem ꝑtinet istitutio) clericū ydoneū. cleric⁹ ille non fuit a prelato admissus. postmodū patron⁹ volūtate mutata aliū ydoneū p̃sentauit q̃ fuit ab epo institutus ⁊ in possessionē inductus. querit̃ quis istoꝝ alteri preferri debeat? Rñ. ꝙ i casu isto melior est conditio possidētis. quia anteq₃ p̃sentatio ꝑ episcopum approbetur ratum nō est qḋ a patrono fuit ichoatū. ¶ De cetero. Aliq̇s layc⁹ patron⁹ cōcessit ecclesiam ⁊ instrumentū fecit sub hac forma. Ego talis ꝯcedo et do ecclesiā talib⁹ clericis siue collegijs: ⁊ presenti carta cōfirmo. q̃ritur an talis ꝯcessio teneat? Rñ. pa. si cōsensus epi non accedat nihil agit̃: quia ꝓ nō dato habet̃ qḋ dat̃ ab illo q̃ donare non potest. ¶ Nota ꝙ licitū est layco patrono variare ante institutionē p̃sentati. Itē nota casum in quo melior est conditio possidentis. s. quādo laycus patronus p̃sentat p̃mo vnū nec recipit̃: et p̃sentat secundo aliū ⁊ recipit̃. secus est in clerico patrono. Item laycus ecclesiam nemini dare potest sine consensu epi. Item ꝓ nō dato habetur qḋ ab illo dat̃ qui de iure donare non potest. Ber.
e ¶ Possidentis. Sic. ī. eo. pastoralis. hoc intellige cū layc⁹ p̃sentat. secus si ecclesiastica ꝑsona cui taliter variare nō licet. ī. eo. cum autē. sed eps punit̃. vt in. c. pastoralis. Et est simile qḋ dicit̃. C. de rei ven. quotiēs. simile. s̃. de p̃scrip. ad aures. et ita ille potior est in iure q̃ prior possessionem fuerit adeptus. † De hac materia tractatur. s̃. de offi. ordi. cum nos. et melius. s̃. de offi. leg. dilectus.
f ¶ De concessionibus. Ecclesiarum. sic. ī. ca. illud.
¶ Glo. seq. querit. ponit solu. Lau.
g ¶ Si consensus. Et ita si ꝯsensus epi accesserit valet talis donatio vel ꝯcessio. ī. ca. illud. ⁊ c. nullus. Sed q̇d intelligit̃ dare? patronus ecclesiā dare nō pōt: qꝛ ad eū nō ꝑtinet: imo ad epm̃ Lau. dixit ꝙ iuspatronatus solūmodo intelligit̃ donare qḋ suum est de ꝯsensu tñ epi. s̃. de dona. pastoralis. ne delusoria intelligatur donatio vt res potius valeat q₃ pereat. ⁊ arg. ff. de leg. j. si domus. §. vl. ⁊ hoc ꝓbatur ex eo qḋ dicit pro non dato habetur ⁊c̃.
¶ Glosa sequens signat contrarium.
h ¶ Pro non dato. Sic ergo ꝓ nō dato habetur qḋ ab illo dat̃ qui de iure dare nō potest. ff. de acquiren. re. domi. traditio. et. C. de pe. l. ij. ‡ ff. eo. l. ij. §. vlti. et. ī. de do. post di. resti. nuper. et. C. qui pro sua iur. iudi. dare dari ve pos. l. vna. et. j. q. vij. daybertum. Argu. contra. ī. eo. cura. et melius. ca. consultationibus. Supple hic nec est in possessione vel quasi: al's si esset in quasi possessione nō vi: nō clam: nō precario: nulla questione sibi mota: quia tunc ius acquirit̃ presentato ⁊ obtinet. ī. eo. ex lr̃is. ⁊ c. consultationib⁹. sed isti layci erāt

† Si v̾o laycus p̃ntans nō variasset p̃ntat⁹ ab eo remoueret quēlꝫ istitutū ꝯ re iudi. cū bertholdus. Io. ā.
‡ Frustra quis veret̃ sniam abilolatā / qui ferre nō poterat. Io. ā.

¶ Glo. seq. reci. ꝑ cōtrariū de decre. ī. c. pri.
i ¶ Aduocatias. Id est iuspatronatus. † qḋ q̃ñq₃ dꝛ aduocatio vt h̃. q̃ñq₃ vicedominat⁹ vel custodia siue guardia: vt. ī. eo. p̃terea. Item dꝛ ius frequētationis vel processionis. xvj. q. vij. pie mētis. ⁊ c. frigētius. quādoq₃ gr̃a. xvj. q. ij. si quis epoꝝ. T.
k ¶ Comparant. Per se tm̃ qḋ esse non potest cū sit sp̃uali annexum. ī. eo. de iure. sed cum vniuersitate potest obligari. ī. e. c. pxi. ⁊ vēdi. ī. eo. ca. cum seculū. ad instar fundi dotalis. ff. de fun. do. l. j. ff. de acquiren. re. domi. l. quidam.
¶ Glosa se. reci. ꝑ. q. quā soluit. signat cōtra. ⁊ ibi remittit.
l ¶ Filij. Licet aliq̇s sit patronus se presentare non potest. ī. eo. per nostras. filios autem satis credo ꝙ possit presentare. ‡ ff. qḋ cuiusq₃ vni. l. illud. Argu. ꝯtra. ī. eo. consuluit. vbi de hoc.
¶ Glo. se. q̃rit ⁊ soluit. refert aliā questionē. arg. negatiue ⁊ illud tenet.

† Qḋ pꝫ ex eo qꝛ vt dicit textus. ad hoc emebatur vt fieret p̃ntatio. sm̃ Innocen. Io. an.
‡ Sed non itrudere: et sic loquitur ꝯtū. Io. ā.

m ¶ Spoliādo. Sed cui applicabit̃? Pōt dici ꝙ eccl̃ie cui ꝑ hm̃ōi emptionē facta est symoniaca iiuria. ar. ī. de symo. de hoc. et. xvij. q. iiij. si q̇s i atrio. † ⁊ sic eccl̃ia erit pr̃ona ipi⁹. Sed q̇d si ipa eadē ecclesia emisset iuspr̃onat⁹ a suo pr̃ono: nunq̇d amittit pr̃on⁹ iuspr̃onat⁹: vt sic remaneat apḋ ipam eccl̃iam? arg. ꝙ nō. ī. e. illḋ. qꝛ vēditio nō tenuit: qꝛ sp̃uale vel sp̃uali annexum vēdi nō pōt. ī. de symo. q̃relā. ⁊. ī. e. de iure. ⁊ sic remanebit penes pr̃onū restituta pecunia. Ar. ꝯtra posset hic colligi: qꝛ hic dꝛ ꝙ emptor spoliet̃ ⁊ nō vēditor: vnde eo ipo ꝙ iponit̃ pena emptori et nō vēditori: videt̃ remanere penes ipm̃ patronū iuspatronatus: quia si voluisset priuari hoc dixisset sicut de alio. ‡ Vel dic qḋ prius dixi. Ber.
Ex lr̃is. ¶ Diuidit̃ i duas ꝑtes. Prīo ponit̃ q̃rela epi. Scḋo dant̃ sibi iudices ⁊ istruunt̃ q̃ño debeāt diffinire ibi mandamus. Ab. ¶ Casus. Abbatissa et moniales monasterij de vintoñ. quādā villā suā in q̃ sita erat eccl̃ia de latoñ. ꝑtinēs ad mōasteriū ipꝫ locauerūt ad firmā. G. militi miles ille ad eccl̃iaꝫ ipaꝫ postmodū vacātē p̃sentauit epo. V. clericū quē eps istituit. postmodū abbatissa p̃dicta epo aliū p̃ntauit. sꝫ eps admittere noluit p̃ntatū ab ipsa. vñ abbatissa apḋ archiepm̃ cātuar̃. de epo deposuit q̃stionē q̃ p̃mū p̃ntatū fecit remoueri: et scḋm sibi p̃ntatū fecit istitui. vñ orta fuit ꝯtētio int̃ eos. Salabrieñ. eps q̃ p̃mū istituerat significauit h̃ dño pa. vñ mādat iudicib⁹ q̃ten⁹ si ꝯstiterit ꝙ p̃dicto militi predicta villa fuerit ꝯcessa nō excepto iure pr̃onat⁹: vel etiā si ꝯstiterit ꝙ anteq₃ de iure pr̃onat⁹ iter abbatissam ⁊ militē ꝯtrouersia orta cēt p̃fatus. V. istitut⁹ fuisset ꝑ epm̃ ad p̃ntationē militis ecclesiā eidē adiudicēt: dūmō ydoneus sit. ita ꝙ si abbatissa obtineat aduersus militē. p̃dict⁹. V. illi de t̃palib⁹ debeat r̃ndere: et sic in vtroq₃ casu obtinebit. ¶ Nota ꝙ ius pr̃onat⁹ trāsit cū vniuersitate: nisi specialit̃ excipiat̃. Itē lite mota sup iure presentādi vel eligēdi: p̃sentatio postea fieri nō dꝫ / vel electio. et si fieret nō dꝫ ꝯfirmari vel ifirmari pēdente q̃stione iuris patronat⁹ vel electiōis. Itē p̃sentatio facta ab illo qui in possessione iuris patronatus est: valet. Ber.

† Per q̃ iura dixit hic Inno. ꝙ ecclesia libera erit ab aduocato. Io. and.
‡ Satis cōgrue distingui posset an deliq̃rit tota eccl̃ia necne: iuxta no. de or. cog. cū dilectus. in. iij. glo. ꝯ symo. de hoc. de reg. iur. delictum. li. vj. Io. an.

O iij

in q̄ ecclesia sita est a monasterio
a de vinto.ad firmam[a] tenebat:ad
eādē vacantē Gu.clericū p̄dicto
ep̄o p̄ntauit.postmodū abbatis=
sa p̄dicti monasterij aliū p̄senta=
b uit[b] eidē ad eccl'iaȝ supraſcriptā:
quo nolēte p̄sentatū ab ea recipe
c apud cantuariensem[c] archiep̄m
grauē de ep̄o deposuit q̄stiōem:
r.j. ¶ Mandam⁹ q̄ten⁹ si vobis
ꝯstiterit ꝙ p̄fato militi p̄scripta
d villa fuerit(nō excepto[d] iure pa=
e tronatus)ad firmā cōcessa:vel[e]
anteq̄ȝ de iure patronat⁹ iter ab=
batissam et militē ꝯtrouersia eēt
suborta:prefatus Gu.in prescri=
pta ecclesia p ep̄m ad p̄sentatio=
nē militis istitutus fuisset:ei(dū
modo al'as sit ydoneus)adiudi=
cetis ecclesiam:ita ꝙ si abbatis=
sa obtineat aduersus militē:illi
de tēporalib⁹ debeat respōdere.
Idem vintonieñ.episcopo.
¶ Si layc⁹ clerico vel religioso
loco ꝯcedit ecclesiā sine cōsensu
ep̄i nō obstāte tali ꝯcessione que
nō valet:ad ip̄am ecclesiā cū va=
cauerit poterit p̄sentare:et eā al=
teri ecclesie de consensu ep̄i pote
rit concedere.h.d.cū ca.cū layci.
r.c.suggestū.j.eo. Capitulū.viij.
Illud p̄tereūdū non duxi=
mus:ꝙ si laycus ep̄o incō
f sulto ecclesiam[f] nō vacātem con
cedit religiose domui:et postea
cum vacauerit ad presentationē
eiusdē layci clericus ibi fuerit p
dyoce.ep̄m institutus:prior con
cessio scd̄am institutionē quo mi
nus habeatur rata et firma non
g pōt aliquatenus īpedire[g]:cū il=
la ꝯcessio de iure nullius pōt esse
h momēti.tū q: de re[h] nō vacāte fa
cta est:tū quia laycus sine auc̄te
i ep̄i nemini[i] potest ecclesias dare.
k ¶ Licet religioso[k] loco iuspatro
natus cōferēdi liberā habeat fa=
cultatē. Si ꝟo iuspatronat⁹ va=
cāte ecclesia religioso loco cōtu=
l lerit[l]:et aliq̄s sine p̄sentatiōe fra
trū eiusdē loci fuerit i ipsa eccl'ia
institutus:ei⁹ s̄m rigorē iuris est
institutio irritāda. Idē eidem.
¶ Instituti in ecclesijs patrona
tis per nouos patronos mutari
nō possunt:nec vicissitudines ec
clesiarū p eos fieri. Capitulū.ix.
Querimoniam:r.j. ¶ Ab=
surdum videt̄ omnino vt
singulas patronoꝝ s̄m humanā
m conditionē mutationes[m]/eccle=
n siarum ordinationes mutētur[n].
o ¶ Et vicissitudines[o] ecclesiarum
ab aduocatis vel alijs p̄sumant̄.
Idem eboraceñ.archiep̄o.
¶ Patron⁹ ecclesiā clerico con
ferre nō pōt:r si ꝯtulerit pōt hoc
non obstāte ad ecclesiā presenta
re rectorē. Capitulum.x.
Cum layci ep̄is nesciētib⁹

¶ Glosa sequens ponit opinionem.
a ¶ Ad firmam. Dicūt q̄dā ꝙ talē cōtractū celebrauerunt inter se ꝙ vtile dn̄ium trāsiret in cōductorē:r sic in ip̄m transiuit iuspatronatus:secus in creditore.s.de re iudi.cum bertholdus.Ber.
b ¶ Presentauit. Supple et episcopus ipsum recepit.
c ¶ Apud cātuarieñ. Qui fecit p̄mū remoueri et institui presentatū p abbatissam.vnde orta fuit ꝯtētio inter eos.
d ¶ Excepto. Ar. concessum videri qđ nō est noīatim exceptum.j.de spon.cū apud. Itē arg. ꝙ idē iuris est in toto r in parte. ar.ff.de of.pre. vr.l.j.§.iij.r.xij.q.ij. cognouim⁹. † De hoc tractatur.s.de trāsla.inter corporalia.

† Nota etiā q̄dā ex gn̄alitate trāsire q̄ sp̄aliter trāsire non possent. Sȝ ꝯ.ff.de pig. l.obligatōe. r.s.đ of.le. qđ trāslatione.ibi soluitur s̄m Ho. Jo.and.

¶ Glo.seq.reci.p.q.an is cui mota est q̄stio rc.ar. negatiue p hoc.c.ponit opi.ꝯtrariam.soluit duppliciter r rn̄det ad contraria. Iterū reassumit opi.ꝯtriam. In fi.obijcit et soluit.
e ¶ Vel anteq̄ȝ. Arg. est hic a cōtrario sensu: ꝙ res religiosa nō debȝ trāsferri in aliā p̄sonā lite pēdēte.xj.q.j.q: res.r xvj.q.iiij.volum⁹. et.s. vt lit.pen.a memoria.et quasi p totū. Et ita videt̄ ꝙ si moueat̄ alicui q̄stio de iure p̄ronat⁹:et īterim vacet ecclesia ꝙ nō possit p̄sentare ante finem cause. Sed nō est veꝝ hoc s̄m quosdā put đr.s. de in ītē.rest.cū venissent. īmo si q̄s est in q̄eta possessiōe p̄sentādi nō debet inde amoueri. vt dicūt q̄dā vsq̄ȝ ad finē cause.xvj.q.iiij.volumus. r.s. vt lit.pendē.a memoria. et sufficit esse in possessione.j.e.ꝯsultationibus.r supplent hic maxime. Sȝ lr̄a ista manifeste ꝯ̄dicit.et certe veri⁹ videt̄ ꝙ eligere vel p̄sentare q̄s nō possit postq̄ȝ ei moueat̄ q̄stio sup p̄prietate. Vel si dicat̄ ꝙ possit p̄sentare lite mota:tn̄ presentat⁹ nō debet istitui pēdēte ꝯtrouersia ex q̄ pēdet.s.de in inte.resti.c.ij.r est arg.opti.s.de elec.cumana.vbi clerici r capellani erāt in quasi possessiōe eligendi.r mota fuit eis q̄stio sup iure eligēdi vacāte eccl'ia.r q: nō p̄bauerūt de iure suo nō valuit eoꝝ vox. ‡ Nec obstāt ꝯ̄ria q̄ dicunt ꝙ lite pēdēte nō est p̄uād⁹ possessor sua possessiōe:q: ibi alia ratio est. Ibi eni oīa restituunt̄ r fruct⁹ post litē ꝯtestatā. Sed hic nō debēt restitui fructus p̄ntatiōis:q: canonice istitut⁹ nō remouet̄ sine culpa.et hoc verius credo. Cōtra tn̄ notauit Jo.scȝ ꝙ pōt licite eligere q̄ est in q̄eta possessiōe:lȝ moueat̄ ei q̄stio. † s.de in ītē.resti.cum venissent.r ita si fuit iste p̄ntat⁹ ante q̄stionē motā obtinebit:q: ille credebat̄ p̄ron⁹ cū eēt in possessiōe toti⁹ ville:et ita credebat se esse p̄ronū r bona fide.sic.j.eo.ꝯsultationib⁹.r si postea obtineat abbatissa in iure p̄ronat⁹:q: p̄babit ꝙ excepit iusp̄ronat⁹ rn̄debit illi de tpalib⁹.xvj.q.ij.sane.r.j.de p̄ui.cū r plātare.§.i eccl'ijs.r.h.d.h̄ i fi. Cōtra hoc tn̄.s.de re iudi.cū bertholdus.r.j.e.ꝯsultatiōib⁹.vbi dicit si tpe p̄ntatiōis sue iusp̄ronat⁹ eccl'ie possidebat:sȝ hic non erat in possessiōe iurisp̄ronat⁹ lȝ possideret villā:q: h̄ nō colligit̄ p lr̄aȝ. sȝ itellige ꝙ erat in possessiōe iurisp̄ronat⁹:r sic cessant ꝯ̄ria.r satis bn̄ colligit̄ ꝙ miles erat i possessiōe iurisp̄ronat⁹ ex eo qđ dicit i fine:ita ꝙ si abbatissa obtineat aduersus militē:illi de tpalibus debeat rn̄dere. Ex h̄ apparet ꝙ miles reus erat:et abbatissa ꝯ̄ militē agebat.r sic reliquit̄ ꝙ miles credebat̄ p̄ron⁹:r sic agebat vt p̄ronus.vn̄ tenuit p̄ntatio et īstitutio eo tpe facta quo q̄ete iusp̄ronat⁹ eccl'ie possidebat.j.e.ꝯsultatiōib⁹.r.s.de elec.q̄relā.r ita lite mota nō dȝ p̄ntare:vel si p̄ntat suspēdit̄ īstitutio i euētū sn̄ie:vt dictū est.

‡ Sed hoc fuit ex ꝟtute ꝯtestationis ꝯtra eos facte cui ipi clerici ꝯsēserunt.vt ibi no.Jo.an.
† Nisi de h̄ ip̄o moueat̄ ei q̄stio:an possideat vl' nō:et in hoc casu dixit lo qui hāc decre.vt not. ij.q.vj.hoc q̄ppe.i glo. penul.r no. in decre.statim alleg.in glo. Jo.an.

Diuisio.
Illud. ¶ Diuidit̄:q: ponit duo dicta. Scđm ibi:licet. Ab.si. ¶ Casus. Patron⁹ ecclesiā nō vacātē ꝯcedit alicui religiose domui incōsulto ep̄o postmodū vacat ecclesia.patronus presentauit clericum ep̄o ad ecclesiam illā vacātē et ep̄s illum instituit. q̄rit̄ vtrū prima ꝯcessio īpediat scđam:Rn̄.pa.ꝙ scđa ꝯcessio tenet nō obstāte p̄ma q̄ de iure nullius est momēti:tū q: de re nō vacāte facta est:tū q: layci sine auc̄te ep̄i nulli pn̄t eccl'ias dare/q̄ȝuis ius p̄ronat⁹ possint loco religioso ꝯferre. Si aūt eccl'ia vacāte ius patronat⁹ loco religioso cōtulerit:r aliq̄s sine p̄ntatiōe fratrū eiusdē loci fuerit īstitut⁹:eius īstitutio est de iuris rigore irritāda. ¶ Nota ꝙ nō p̄stat īpedimētū qđ de iure nō sortit̄ effectū. Itē eccl'ia nō vacās cōcedi nō pōt. Itē layci sine auc̄te ep̄i eccl'ias dare nō possunt. Itē layci possunt dare ius patronat⁹ loco religioso.B.
¶ Glo.se.pōit opinionē.
f ¶ Ecclesiam. Quidā intelligūt ꝙ p hāc ꝯcessionē laycus iste intēdebat dare ecclesiam quo ad p̄prietatē vel ecclesiā in vsus p̄pos:qđ facere non poterat.s.de dona. pastoral'.x.q.j.nouerit. et.c.sic q̄dā.cū ali⁹ eam possideret:sec⁹ si dedisset iusp̄ronat⁹ etiā sine ꝯsensu ep̄i ‡ vt dicunt. vt no.j.eo.ca. Inno.hec littera innuit rc.

‡ Dicebat Phi.s.eo. ꝙ autem.in fi.ꝙ ecclesiam non dedit:quia nō potuit iusp̄ronat⁹:nō dedit q: id noluit vl' nō expressit.ad idē.s.de of. dele.cū sup. C.si q̄s al. vel sibi.l. multum interest.vbi marit⁹ non acquisiuit actionē empti vxori:q: non potuit: vnde dixit Vin.ꝙ hic nō valet īplicitū qđ valeret explicitū. C. de here.insti.nec apđ. Jo.and.

¶ Glo.se.ar.alle.duo iura.r tria alle.in ꝯ̄rium.
g ¶ Impedire. Arg.ꝙ nō p̄stat īpedimētū qđ de iure nō sortitur effectū.ar.s.eo.ꝙ autē.s.de elec.bone. Argu.ꝯ.s.de elec.ꝯsiderauimus.et.c. auditis.et.j.de spon.ad audientiam.
h ¶ De re non vacāte. Et ita ptȝ ꝙ eccl'ia non vacās ꝯferri nō pōt priuate p̄sone. vt.s.de donatio.cōsultatiōib⁹.sed loco religioso de auc̄te ep̄i eccl'a nō vacans potest ꝯcedi.vt in decre.cōsultationibus.
i ¶ Nemini. Id est nulli p̄uate p̄sone licet.
k ¶ Religioso. Hec lr̄a īnuit ꝙ layc⁹ possit dare iusp̄ronat⁹ loco religioso sine auc̄te ep̄i:sȝ ecclesiā nō. ar.xvj.q.vl.nemini regū.sȝ non credo:vn̄ supple hic de cōsensu ep̄i:q: siue cōcedat ecclesiam/siue iusp̄ronat⁹ necessaria est auc̄tas ep̄i.s.e.ꝙ autē.r.s.de dona.ꝯsultationib⁹.r.j.e.null⁹.Hec opinio reprobat̄ p.c.vnicū.e.ti.li.vj.
¶ Glo.seq.querit.ponit opi.Vin.et rn̄det.c.qđ vin.alle.
l ¶ Cōtulerit. De auc̄te ep̄i vt dixi. Sȝ nūq̄d layco pōt dari iuspatronatus:Vin.dixit ꝙ sic.ar.j.e.ex insinuatione.sȝ ibi nō fuit donatio:sȝ frat̄ cessit fr̄i ius suū:seu renūciauit ei q̄ȝtū ad se ius p̄ntandi r ita nō fuit donatio:cū ipse isolidū eēt p̄ron⁹:vt ibi đr.sȝ cum vniuersitate bn̄ pōt donari vl' vēdi r obligari.s.e.ex lr̄is.r.j.e.cū scl'm.
Diuisio.
Querimoniā. ¶ Habet duo dicta. Scđm ibi:et vicissitudines.Ab. ¶ Casus. Dicit̄ in cap'lo isto ꝙ p̄pter mutationes patronoꝝ ordinatio ecclesiarū mutari nō debet ab ipsis patronis vel ab alijs:qđ esset absurdū cū in patronoꝝ potestate ecclesia nō consistat. ¶ Nota ꝙ p̄pter mutabilitatē rerum mūdanarū mutari non debet dispositio ecclesiarum.Ber.
¶ Glo.seq.exponit.signat contrarium et soluit.
m ¶ Mutationes. Lȝ p̄roni mutent̄ successiōe vel alio mō:ecclesie stat⁹ p̄pter hoc mutari nō debet:cū in ip̄oꝝ dispositiōe ecclesia nō sit:sȝ potius ep̄oꝝ.nec pn̄t illā extrahere de sua ptāte.x.q.j.sic q̄dā. r.c.nouerint.Ar.ꝯ.xvj.q.vl.decernim⁹.r.c.filijs.sed hec hn̄t tm̄ potestatē defendēdi ecclesiā/r denūciare sacerdotis excessus ep̄o:sȝ super rebus nullā habent potestatem.s.eo.preterea.
n ¶ Mutētur. Sil'e.x.di.lege.r dist.c.puenit.j.r.iij.q.vj.hoc q̄ppe.
o ¶ Vicissitudines. Id est p̄mutationes:vtputa si patroni haberēt plura iura p̄ronat⁹ nō pn̄t illa p̄mutare sine auc̄te ep̄i.Hosti.
Diuisio.
Cum layci. ¶ Sūmatū ē.s.e.c.illđ. Prio pōit dictū. Scđo rō ibi:nō eni.Ab. ¶ Casus. Aliq̄s layc⁹ p̄ron⁹ cōcedit ecclesiā vacātē alicui clerico ignorāte ep̄o aut nō ꝯsentiēte.postea penitētia duct⁹ clericū aliū presentauit ep̄o:r ep̄s ip̄m instituit.querit̄ que ꝯcessio valeat.Dicit̄ ꝙ istitutio illi⁹ valere debȝ q̄ auctoritate

episcopi est institutus. nõ obstãte p̃ma ɔcessione q̃ nulla est: quia nõ licet laycis clericos in ecclesijs ordinare. ¶ Nota q̃ locus est penitẽtia vel penitẽtie: et ex hoc surgit illud q̃d aliq̃s potest ɔtra factũ suũ venire. Item nõ p̃stat impedimentũ q̃d de iure non sortitur effectum. Item layci ecclesias ordinare non debent. Ber.

bucrit postea ɔsensum: supplẽt expssum: et tũc nõ est necessaria p̃scriptio cũ habet ɔsensum ep̃i. Uel põt dici q̃ illi ecc̃ias recepe rũt de manu laycoꝝ: nõ possent p̃scribere: q̃ꝛ ꝯ iura recipiũt: s; eoꝝ successores p̃scribere pñt q̃ hoc ignorant/ et bonã fidẽ habẽt. ex quo inueniũt ecclesiã in possessiõe: q̃ꝛ q̃ in locũ alteri⁹ succedit: iustã h; ignorãtie causam. ff. de reg. iur. q̃ in alterius.

¶ Glo. seq. ponit brocar. q̃ licitum sit penitere. alleg. ix. iura in contrarium. alleg. v. sol. ponendo regulam et sex casus contra illam.

a ¶ Penitẽtia ducti. Et ita licitũ est penitere/ et ɔtra factũ suum venire. vt. s. de elec. nosti. et. ij. q. vj. §. si quis libellos. xij. q. j. certe. ff. de mino. si minor. C. q̃ bo. ce. pos. l. ij. ff. de mu. et ho. vt gradatim. §. sed et reprobari. ff. depositi. l. j. §. si vero deposuero. et s. de deposi. bona fides. et. ff. de ac. emp. et ven. si sterilis. §. vl. Ar. ɔtra. s. de fil. p̃sby. veniẽs. s. de cle. ɔiug. diuersis fallacijs. et. xvij. q. iiij. sunt q̃ opes. i. de despõ. ipu. de illis. j. et. ij. q. ij. offerat. Sol. nõ est locus penitẽtie† nisi in casibus: puta si iusta cã subest. xij. q. j. certe. lxiij. di. §. ver. vl̃ si aliq̃d inopinatum emergat. xxij. q. ij. ne q̃s arbitret. et in oĩbus delictis et maleficijs. arg. l. dist. põderet. et. s. de re. ec. ali. vel nõ. si q̃s pbrorũ. vel in his que fauore sui tm̃ sunt introducta: q̃bus renũciare põt. vij. q. j. ꝙ periculosum. et in his que recepta nõ sunt plene. ff. de iurisdi. om. iudi. si conuenerit. Uin. et in casu isto vt hic patet. et. i. eo. cum autem. et. c. pastoralis.

aut non consentientibus ecclesias clericis concedunt in quib⁹ habẽt iuspatronat⁹ et postea pe‑ a nitẽtia ducti alios ad easdẽ episcopis represẽtãt: et illi ad eorũ presentatiõem in eisdẽ ecclesijs ab ep̃is instituuntur: eorũ debet istitutio stare q̃ auctoritate sunt ep̃i instituti ɔcessione priori (que b nulla est) oĩno euacuata. ¶ Non c enim licet laycis clericos in ecclesijs p̃sumptiõe ꝓpria ordiare.

Idẽ abbatib⁹: p̃oꝛib⁹: et clericis p archiep̃atũ eboraceñ. cõstitut;.

¶ Religiosi vẽdicare vel retinere nõ pñt ecclesias sibi ɔcessas a laycis sine dyocesani ɔsensu: nisi legitime p̃scripserit vel postea dyocesanus consenserit. Ca. xj.

Cura pastoral; et. j. ¶ Mandamus quaten⁹ ex dona‑ d tione laycorum nisi auctoritas dyoce. episcopi et cõsensus assit: nullus vestrũ aliquas sibi ecclesias vẽdicare presumat vel retinere taliter acquisitas. ¶ Nisi le‑ e gitima † fuerit prescriptiõe munitus: aut dyocesani episcopi ha f buerit postea cõsensum. ¶ Cum enim layci nõ possint in alios ni g si ius q̃d habent transferre: hu‑

iusmodi concessiones irritas penitus esse censemus.

Idem lingoneñ. episcopo.

¶ Si patroni ecclesie vacantis infra tẽpus a iure concessum nõ presentant: episcopus ordinabit ecclesias. Capitulum. xij.

Si vero ordiatio alicuius ecclesie ad tuã institutionem spectat: et pro controuersia laycorum de iure patronat⁹ in‑ h ter se disceptantium ꝓrogatur. ¶ Fas tibi sit appellatiõe remota in eadẽ p̃sonã ydoneam insti‑ i tuere. ¶ Ita q̃ representetur ab eo qui ius euicerit patronatus.

Idem hospitalarijs.

¶ Si ius patronat⁹ ecclesie deuenit ad exẽptos: per hoc in nullo debet ledi ius ep̃ale. Cap. xiij.

f Non contrahunt. Quia non possunt reddere debitum. j. de frigi. et malefi. qđ sedem. et consensum non habēt: vt hic dicit: quia etas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. j.

Sūmariū. Tua nos. Generaliter summari sic pōt. Nō est mrimoniū vbi alter ꝯtrahētiū nō cōsentit. h. d. Sꝫ hoc summariū nullā dubitationē habet.

Diuisio. Primo ponit cōsultatio. Scđo responsio ibi: sup q̄. Scđa v̄o est duplex. Prima quo ad foꝝ iudicialem. Scđa quo ad penitentialē ibi: nos autē. Ab. Casus. Quidā iuuenis sepe req̄sierat quādā mulierē vt ei carnaliter cōmisceret / sed ipa ꝯsētire nolebat nisi despōsaret eādē. tādē nullo ꝑsente ac nulla solēnitate adhibita dixit illi mulieri / iohēs te despōsat cū nō vocaret iohānes / sꝫ finxit se sic vocari nō credēs ꝓpterea mrimoniū ꝯtrahere cū eadē: ex eo ꝙ ipe nō vocaret iohannes: nec habebat ꝓpositū ꝯtrahendi cū ea / nec ꝯsensit in illā. Querit vtrū sit mrimoniū int̄ eos? Rn̄. pa. ꝙ cū ꝑfat⁹ vir mulierē illā despōsauerit sub ꝓpria ꝑsona et sub nomie alieno quo vocari se finxit / et iter eos sit carnal' copula subsecuta. vr̄ ꝓ mrimonio ꝑsumēdū: nisi exꝑsse dictū fuisset pape ꝙ ille nec proposuit nec ꝯsensit illā ducere i vxorē. Itē dicit pa. ꝙ si res ita se hꝫ videlꝫ ꝙ ille nō ꝓposuit eā ducere in vxorē nec ꝯsensit i eā / nō dꝫ ex illo facto mrimōiū iudicari: qꝛ i eo nō iuenit substātia ꝯiugal' ꝯct⁹. nec forma ꝯhēdi mrimōiū: qꝛ ex altera pte dol⁹ solūmō affuit / ꝛ defuit oīs ꝯsensus sine q̄ mrimoniū nō ꝯtrahit. Nota ꝙ ad h̄ vt mrimoniū ꝯhat necesse est vt vterq̄ ꝯtrahētiū ꝯsentiat i alteꝝ: et ꝙ forma v̄boꝝ ꝑ quā mrimōiū ꝯtrahit exꝑsse vel tacite exꝑmat: ꝛ sic substātia ꝛ forma necessaria sunt / al'as nō est mrimoniū. Itē hic est casus specialis in quo dol⁹ ꝯfuit. Item destructo principali destruitur accessorium. Ber.

Glo. se. obijcit ꝛ respondet. Secundo querit et soluit.

g Mulierē. Si iste desponsauit istā mulierē q̄buscūq̄ v̄bis vsus fuerit potius ꝯsiderādū est q̄d fuerit factū q̄ q̄d dictū. ar. s. de ap. ad audiētiā. ꝛ. j. de v̄. sig. i his. C. pl⁹ va. qđ agi. si q̄s. Itē simulatio siue dol⁹ nō ipedit mrimoniū spūale. xxvij. di. qđ iterrogasti ꝙ nec carnale. Sꝫ hec nō ꝓcedūt: ‡ qꝛ simulate nuptie nō sunt nuptie. ff. de ri. nup. simulate. et ꝓpt rōnē q̄ inferi⁹ reddit. Sed pone ꝙ aliq̄s ꝓtestet corā plurib⁹ ꝙ oīa q̄ dicit vel faciet nō faciet aīo ꝯhēdi matrimoniū: ꝛ postea publice dicat: ꝯsentio i te: nunq̄d est h̄ mrimōiū vl' nō? In casu isto dico ꝙ eccl'ia iudicare dꝫ ꝓ mrimonio: † qꝛ recurrēdū est ad cōem v̄boꝝ itelligētiā. s. eo. ex l'ris. j. Talia eni v̄ba nō pn̄t seruire sue itētioni. ꝑterea si ꝓbet ꝙ illa ꝓtestat⁹ fuit ꝑmo potuit postea recedere ab illa volūtate ꝛ ꝯsentire in illā: et hoc videt ꝑ illud qđ postea publice facit. ꝛ si dicat ꝙ adhuc tpe cōtract⁹ erat in eadem volūtate nō credit ei: qꝛ cōtra eum debet fieri interpretatio qui dolum adhibet vt dictū est. s. eo. ex l'ris. j. Jo.

‡ Dicebat glo. Jo. et Vin. nō ꝓficiūt: sꝫ ꝓtestatio corā aliq̄b⁹ facta precessit corā q̄b⁹ ꝓstabat se nō aīo ꝯhendi face. xxxj. q. ij. lothari us. s. quod me. cau. c. j. sꝫ simulate ꝛc. Goff. dixit ꝙ h̄ erat diuiare. Hostiē. dixit ꝙ erat ꝯtra veritatem ꝛ ꝯ textū. s. nulla solēnitate ꝛc. in pn̄. decre. Jo. an.

† Nam ex ꝯtio daret materia oībus mrimonia ꝯhētib⁹ sic ꝓtestādi vt postea diuerterent a cōiugib⁹ si displicerēt. Jo. an.

h Copulam. Subsecutam. per hoc videtur consensisse. j. eo. his qui. ꝛ. j. de condi. appo. de illis. ꝛ. c. per tuas.

i Forte. Quibusdā non recte intelligentibus est dubium: sed recte intelligentibus non est dubium.

k Qualiter tibi ꝯstiterit nō videm⁹. Immo bn̄ potuit ꝯstare: qꝛ vir ille hoc ei ꝯfitebat: qꝛ h̄ dicimur scire qđ ab alijs audiuim⁹. xxij. q. v. h̄ vr̄. Vel qꝛ ille h̄ ei ꝯfessus fuit i penitētiali iudicio in q̄ cuilibet est credēdum. vt. j. de homi. significasti. qꝛ soli sibi fit preiudiciū. vn̄ nō est v̄isile ꝙ sit imemor sue salutis. j. q. vij. sancim⁹. sꝫ in iudicio ꝓ tribunali nō crederet ei in preiudiciū alterius.

l Nec forma. Nota ꝙ ad esse matrimonij duo sunt necessaria. s. substātia ꝛ forma: sicut ad esse hois ꝓ substātia ē ibi ꝯsens⁹. ꝛ ꝓ for

Matrimonium hz sub stātiam et formam.

ma vba ad exprīmendū ↄsensum deputata: quā formā habes. j. eo. si inf. j. de spō. duo. lz pter. ⁊ qz hic defuit substātia ⁊ forma nullū fuit matrimoniū. Idē esset ⁊ si alter⁊ deesset. s. e. cū apud. ⁊ c. tue. ⁊ j. de frigi. ⁊ malefi. qđ sedē. et matrimoniū q̄uis duo exigat res tn̄ simplex est ⁊ idiuidua. xxvij. q. ij. §. j. ⁊ i mr̄imonio ↄsumpto ipm factū habet p substātia pqđ presumit sufficiens consensus. j. eo. is qui.

a ¶ Sine quo. s. e. cum locum. ⁊ xxvij. q. ij. sufficiat. Ber.

Diuisio. Cum i tua. ¶ Cōmunis diuisio. Scđa pars ibi: ad qđ. Ab. ¶ Casus. Quidā vir ⁊ mulier volebāt cōtrahere mr̄imōiū ſm cōsuetudinē loci. ppositū fuit publice in ecclia vt q̄ sciret impedimētū illud exponeret. Sed nullus apparuit contradicēs. fama tamē priuatū ipedimētū parētele referebat. vt ois suspitio tolleret ex pte ↄtrahentiū offerebant iuramēta maior⁊ suor⁊ ex ppinquitate sua qz nulla eēt cōsanguinitas iter eos. Querit qđ sit in hoc articulo faciēdū: Rn̄. pa. q si persona grauis cui merito sit fides adhibēda denūciat q illi sunt cōsanguinei: et de fama probat vel scādalo. aut etiā ipe iudex de plano certificari p se possit: iudex nō solū debet iuramēta parētū spōte oblata nō recipe sed etiā debet illos cōpellere vt a tali ↄctu desistāt ex quo fama vel scādalū est ↄbatū: si moniti iduci nō possunt: vel cōtra famā hmōi iuramenta exhibeāt ppinquor⁊: alioqn si psona denūciās talis nō fuerit / vel si talis fuerit / ⁊ de fama vel scāda lo non probauerit monēdi sunt ne cōtrahāt / sed non compellendi.

sine quo[a] cetera nequeūt fed⁹ pficere ↄiugale. I dē epo beluacē. ¶ Ad denūciationē vni⁹ honesti viri q̄ defert cōsanguinitatem ⁊ de fama vel scādalo docet: ipedit mr̄imoniū ↄhēdū. Ca. xxvij.

Cum in tua dyocesi: et. j. ¶ Sane qz ↄtingit iterdū q̄ aliqb⁹ volētib⁹ mr̄imoniū cōtrahere: bannis[b] (vt tuis verbis vtamur) in ecclijs editis: ac nullo ↄtradictore publice cōparēte: licet[c] fama priuatū impedimētū deferat parentele: cū ex pte ↄtrahētiū iuramēta maior⁊ de sua ↄpinquitate (vt suspitionis tollat materia) offerūtur: q̄d tibi sit faciendum in casib⁹ hmōi q̄siuisti. ¶ Ad qđ taliter rn̄. q si persona[d] grauis cui fides sit adhibēda tibi denūciet q hi qui sunt matrimonio copulandi se ↄpinquitate contingāt: ⁊ de fama[e] vel scandalo[f] doceat: aut etiam p teipm possis certificari de plano[g]: nō solū debes iuramēta parētū spōte oblata nō recipe: verū etiam eos q̄ sic ↄhere nitūtur: si moniti induci nequerint cōpellere vt a tali ↄctu desistāt: vel ↄtra famam[h] hmōi ſm tue discretionis arbitrium[i] iuramēta exhibeāt ↄpinquorum. Alioqn si psona denunciās nō extiterit: talis vt dixim⁹ ⁊ de fama vel de scandalo nō potuerit docere: ad desistendū monere poteris nō cōpellere cōtrahentes. Honorius iij. epo bergueñ.

¶ Mulieri q̄ negat se in matrimoniū cōsensisse nō credit mari to ↄbāte ↄtrariū. secus si ↄbat se cōsensisse per metū qui potest cadere in cōstantem. Ca. xxviij.

Consultatiōi tue breuiter rn̄dem⁹: q mulieres que veniūt ad valuas ecclesie bn̄dicēde cū spōsis: et ibi reclamātes affirmāt se nunq̄ in eor⁊ matrimoniū ↄsensisse: audiri (sponsis legitime ↄbantib⁹ cōtrariū) non oportet: cū legitimis et idoneis testib⁹ nō debeat illar⁊ simplex assertio[k] ↄualere. ¶ Sane illis q̄ bn̄dictione accepta mox a sponsis aufugiunt añ carnis copulā[l] subsecutā: asserētes se nūq̄ in illos vaciter cōsensisse / sz metu illato ↄpulsas vba ↄtulisse cōsensus: licet aio dissentirēt: nō stati est audiētia denegāda: sz de illa to metu ē cū[m] diligētia inq̄rēdū: ⁊ si talis met⁹ iueniat illat⁹ q̄ potuit cadere in ↄstantē[n] vir: erūt nō imerito audiende. Greg. ix.

¶ In mr̄imonijs et spōsalibus dz esse libertas: vñ in eis ↄmissio pene nō obligat. Ca. xxix.

Gemma mulier nobis exposuit: q cū. T. filia eius cum. C. ↄxit mr̄imoniū. B. de al

¶ Glo. seq̄ns elicit vnū notabile.

h ¶ Famam. No. hz si ↄbes famā ↄ aliquē q pōt ↄbari ↄriū ad tollēdā famā: et ita si ↄbasti aliquē eē male fame ipe ↄt ↄbare se eē bōe fame ij. q. v. pbr̄. ⁊ c. si mala. j. de accu. inquisitōis. in fine. Ab. Ant.

i ¶ Arbitrium. Quasi di. lz mlta dixerim⁹ ⁊ te istruxerim⁹. ⁊ multa dicāt iura circa hāc materiā. tn̄ cū ex varijs causis varia ↄsumātur. nec ppter maliciā hoi⁊ ⁊ varietatē tpor⁊ certa regula dari possit. finalit arbitrio tuo relinqm⁹. vt ↄsāt ↄsonis / causis: et tpib⁹ facias hoc vl illđ. ar. j. đ homi. sicut. đ trāsac. c. fi. ff. de vsur. mora. ff. de testi. l. j. ff. đ vb. obl. ↄtinu⁹. ⁊ no. s. c. ↄterea. ij. ⁊ c. sicut. in fi. et. j. c. se. ſm Hostiē. Johā. and.

Diuisio. Consultationi. ¶ Duos casus de termiat. Scđa ibi: sane Ab. ¶ Casus. Consuetudo est in q̄busdā locis q spōsus ⁊ sponsa cū debent bn̄dici veniunt ad valuas ecclie. i. ad ostia ecclie / spōsa tūc dicit q nunq̄ cōsensit in spōsu⁊ mr̄imonialiter: sz spōsus vult ↄbare ↄriu⁊: sc⁊ q i mr̄imoniū illi⁹ ↄsensit. Querit vtrū spōsa sit audienda: ⁊ dz q nō debet audiri: cū ei⁹ simplex assertio non debeat legitimis testib⁹ ↄualere. Secundo ponit ali⁹ casus. Quidā desponsauerūt aliquas in vxores: sponse bn̄dictione recepta statim ante carnalē copulā aufugiūt a sponsis: dicentes se nullatenus in illis cōsensisse. Sed cōpulse per metū ↄferebant verba cōsensus sed animo dissentiebāt. Queritur vtrum iste sponse sint audiende: Rn̄det q sic. ⁊ si talis metus ↄbatus fuerit q̄ possit cadere in cōstātem virū a sponsis merito sunt separande. ¶ Nota q potius testibus credēdum est q̄ simplici assertioni alicuius. Item matrimoniū per metum contractum qui possit cadere in constantem virum non valet. Ber.

¶ Nota q qui denūciat debet esse honesta ↄsona ⁊ grauis / al's repellitur a denunciando. Item fama vel scādalū impedit mr̄imonium contrahendū. Item cōtra famam ↄbatio admittit. Ber.

b ¶ Bānis. Id est denūciationib⁹: et hodie consuetudo ista reducta est ad ius cōmune† j. de clādesti. despon. cum inhibitio.

¶ Glo. seq. not. rationem reddit contrarium et soluit.

c ¶ Licet fama priuatum. Et sic est fama aliqđ qđ dicit occultū siue ↄuatū. s. de coha. cle. ⁊ mu. tua. ⁊ ideo dz fama ↄuatū impedimētū: quia p famā solā nō ↄstat de impedimēto: nisi alia ↄbatio adsit. vt in. c. tua. Sed si fama hec erat de ↄsanguinitate quare non interdicit mr̄imoniū. vt. j. de ↄsan. ⁊ affi. sup eo. qđ signat ↄ ↄrio: sz nō est ↄriū: qz hic nō ↄstabat de fama. vt. j. dz se denunciat fama vel priuatū impedimētum deferebat. vnde primo debet inquiri de fama: contrarium intelligitur quando constat de fama.

¶ Glo. seq. signat contrarium et soluit. ar. et remittit.

d ¶ Persona grauis. Immo et turpis ↄsona videt admitti ad ipediēdū. s. c. ↄterea. Sed illud obtinet cū ipedimētū ↄrit a persona denūciāte‡. ↄsanguinitatē que tenet reuelare ipedimentū consanguineo. xxxv. q. iij. si autē homo. Est ergo hic argu. q criminosi nō admittunt ad denūciationē criminū. ar. xxxv. q. vj. si eps in synodo. ⁊ s. de testi. cogē. ↄterea. §. j. De hoc no. ij. q. j. si peccauerit.

¶ Glo. seq. alleg. duas concor. et signat vnum contrarium.

e ¶ De fama. Ergo fama ↄbari pōt. s. de testi. tālr̄is. ⁊ c. cū causam. j. Ar. ↄtra. j. de accusa. inq̄stitionis. in fi. Item sola denūciatio nō ipedit mr̄imoniū nisi adsit fama: ⁊ ita sola fama ipedit mr̄imoniū. j. de ↄsan. ⁊ affi. sup eo. ⁊ vnus testis. s. de testi. sup eo. ij. sed iste denuncians non testificabatur.

¶ Glo. seq. elicit vnum notabile.

f ¶ Scādalo. No. q ↄpt scādalū ipedit mr̄imoniū vt ↄptz: sic. j. de cog. spi. sup eo. i. fi. Et ita habes q scādalū siue ↄsuetudo reddit aliquos ihabiles ad contrahēdū. ſm qđ no. in illa decre. sup eo.

g ¶ De plano. Sūmaria cognitio sufficit hic: sic. j. de accu. sicut olim. ⁊ c. olim. sic eodem modo videt q iudex possit inquirere de fama alicuius de plano ⁊ sine iudicior⁊ strepitu:† multiplex eīm clamor famam inducit: ita vt prelatum moueat ad inquirendum. j. de accu. qualiter et quando. ij.

k ¶ Assertio. Assertioni illarum non est credendum‡ sed potius testibus qui iurati probauerunt contrarium. ergo si vellent ↄbare contrarium videtur q sint audiende: sed nō videtur q possent hoc ↄbare cum sit negatiua: scilicet q nunq̄ consenserūt. s. de ele. bone memorie. immo possent probare metum vt dicit in fi.

l ¶ Ante carnis copulam. Sec⁹ si post: qz tūc cōsensisse videt‡ ita q postea in contrarium reclamantes non audiantur. s. e. ad id quod ⁊ j. qui ma. accu. pos. insuper.

m ¶ Cum diligentia. No. q dicit cū diligentia: qz vbi maius periculū vertit cautius ⁊ diligentius agendū est. vij. q. j. c. vlt. ⁊ circa maiora maius periculū vertit. xlij. distin. q̄scam⁹. ff. ad carbo. l. j. §. si qs. §. iij‡ ⁊ ar. xj. dist. miramur. vñ cause mr̄imoniales non sunt cōmittende nisi iurisperitis: ⁊ q̄ potestatem habeant iudicandi. j. đ consan. ⁊ affi. ex lr̄is. in fi. nec pōt cōpromitti in mr̄imonijs. s. de transac. c. vlt. ⁊ s. de testi. in integrum. c. penul.

n ¶ In constantem. Sic. s. c. veniens. ij. Et talis metus continet mortis periculum aut corporis cruciatū. C. đ transac. interpositā. s. de his que vi metusue causa fi. cū dilecti. ⁊ c. perlatū. xxxj. q. ij. lotharius. ⁊ ea. causa. q. ij. si vex. al's van⁹ timor nō excusat. ff. qđ metū causa. metū autē. ij. ff. de re iudi. si qs ab alio. hoc aūt arbitrio discutitur iudicantis. ff. quibus ex cau. ma. l. metus.

Gemma. ¶ Duo facit. Primo ponit mulieris querelam. Secundo dat iudicem ibi: cum itaq. Abbas siculus. Diuisio.

lere. et facit qđ dixi ſm eum in ↄtrario. ⁊ s. sup v. arbitriū. Jo. an.

† Añ dicebāt Inno. q sine ordine iudiciario ⁊ sine testib⁹ poterat qs certiorari de fama. vide qđ dixi de positu. c. j. sup v. requisitus. pqđ intelliges qđ hic dicit. de testibus. et hēbis ↄcordātias. Johan. and.

† Et forte dicebāt bāna qz sub bāno vl sub pena excōicatōis ↄcipiebat sacerdos q null⁹ ipedimenta celaret. arg. xvj. q. j. statuimus. ſz Hostiē. Jo. an.

‡ Utiq̄ iō nūn⁹ admittēda eēt. de confes. ca. j. de testi. venies. j. dixit igit Hostiē. hoc arbitrariū vt eps possit admittere etiā turpes ↄsonas hoc denūciātes et si sibi videbit repel

‡ Ar. nec iudicij assertio ↄualet legitimis ↄbatiōib⁹ s. de testi. cū a nobis. de ↄba. qm̄ cōtra ſm Gof. Jo. and.

‡ Nisi ap pareat causa iustas deterrēs ⁊ cognitas ſm Ai Johan. an.

‡ Ars. ij. vide de iura. calū. c. ij. super. j. glo. Johan. an.

¶ Casus. Theberga filia gẽme dũ esset infra. vij. annũ constituta contraxit sponsalia cũ petro filio. B. de alferio presentibus ipsa gẽma r. B. p̄dicto pena fuit apposita a parẽtib⁹ vt pars q̃ ꝯueniret penã alteri parti psolueret. Postmodũ dicta. T. ꝯxit mr̃imoniũ cũ alio. C. noĩe. Unde hac occasione dict⁹. B. a p̄dicta gẽma penã in stipulatiõe appositã nitit̃ extorquere. Uñ cõquesta est dño pape: papa dicit cũ matrimonia libera debẽt esse: et ideo stipulatio pene in matrimonio vel sponsalibus apposita merito sit improbãda. Mãdat papa q̃tenus si est ita iudex dictũ. B. p excõicationez cõpellat vt a petitiõe dicte pene desistat. ¶ Nõ q̃ mr̃imonia siue sponsalia libera debent esse ab oĩ coactione persone vl' pecunie: r si pena fuerit apposita nõ tenet ꝓmissio siue stipulatio pene. Bernardus.

¶ Glosa seq. ponit duas lecturas s̃m primã duplex est causa: iuxta secundã vna tantum.

a ¶ Infra septẽnium. Unde nõ tenuerũt spõsalia. j. titu. prxi. litteras. accessit. r. s̃. de rest. spo. ex parte. ergo nec pena etiã si licita fuisset al'as nõ tenuit. † q2 si p̃cipale nõ tenuit nec accessoriũ. s̃. de re iudi. cũ iter. C. de legi. non dubiũ. cũ suis concor. sed si post. vij. annos forte consenserunt r tenuerũt spõsalia: pena tñ nõ tenuit. b.

† Uñ dicebat Gof. q̃ tria faciunt ne deb̃ pene exactio. Libertas mr̃imonij vt dicit tex. Principale q̃ nõ tenuit vt dicit glo. Itẽ etas infantilis in quã nõ cadit obligatio etiã naturalis. ff. de acti. r obl. l. furiosus. vel nisi ex eo ꝯtractu pupill⁹ fiat locupletior. ff. de condi. inde. naturalis. J. an.

ferio ea occasione q̃ inter. P. filiũ suũ et predictã puellam infra septẽniũ[a] constitutos sponsalia contracta fuerunt: penã soluendã a parte que cõtraueniret ĩ stipulatiõe appositã ab ipsa nitit̃ extorquere. ¶ Cum itaq3 libera[b] matrimonia esse debeant: r ideo talis stipulatio[c] ꝓpter pene iterpositionẽ sit merito improbãda mandamus quaten⁹ si est ita eũdem. B. vt ab extorsiõe predicte pene d̃sistat eccl'e. cẽsura ꝯpellas Idem episcopo cenomaneñ.

¶ Spõsalia de futuro trãseunt in matrimonium per carnalem copulã subsecutã: sed non per nisum carnalis copule tantũ. h. d. cũ. c. fi. infra eo. Capitulũ. xxx.

Is qui fidẽ dedit. M. mulieri sup mr̃imonio ꝯhẽdo: carnali copula subsecuta: r si in facie eccl'ie ducat aliam r cognoscat. ¶ Ad p̃mã redire tenet̃[d]: q2 l3 p̃sũptũ p̃mũ mr̃imoniũ videatur: ꝯ p̃sumptionẽ[e] tñ hmõi nõ est ꝓbatio admittenda. Ex quo sequit̃ q̃ nec verũ/nec aliqd̃ censet̃ mr̃imoniũ qd̃ de facto ẽ postmodum subsecutum. Idem.

¶ Spõsalia de p̃nti nõ soluunt̃ p sequẽs mr̃imoniũ etiã carnali copula cõsũmatũ. Sed spõsalia de futuro etiã iurata soluũtur p sequẽtia de presenti. Cap. xxxj.

Si inter virũ r mulierẽ legitimus consensus interueniat de p̃nti: ita q̃ vn⁹ alteruz mutuo cõsensu verbis cõsuetis expresso recipiat: vtroq3 dicẽte[f] ego te in meã accipio: r ego te accipio in meũ: vel alia verba[g] consensum exprimẽtia de p̃nti: siue sit iuramẽtũ[h] iterpositũ siue nõ: nõ licet alteri ad alia vota[i] trãsire: qd̃ si fecerit scd̃m mr̃imoniũ de facto ꝯtractũ (etiam si sit carnalis copula subsecuta) separari debet[k]: r primũ in sua firmitate manere. ¶ Uerũ si inter ipsos accessit tñmñõ promissio de futuro: vtroq3 dicẽte alteri: ego te recipiam in meam: r ego te in meum: siue verba similia: si alius mulierẽ illam per verba de presenti desponsauerit: etiã si inter

b ¶ Libera. Ab omni coactione. s̃. eo. cum locũ. r. c. requisiuit. r etiam a pena pecuniaria. vt hic patet.

¶ Glosa sequẽs recitetur per. q. scilicet an teneat stipulatio arrarũ. tenet q̃ sic. arg. contrarium redit ad primũ.

c ¶ Stipulatio. Stipulatio pene ĩ spõsalibus apposita nõ tenet propter rõnẽ q̃ ei reddit̃ ĩ l'ra: sed arras datas ꝓ spõsalib⁹ perficiẽdis amittit qui resilit sine iusta cã. C. de spõ. l. vl. et. ff. de verbo. obtitia. vnde hec decre. sumpta fuit. C. de iuti. stip. l. ij. r hic. Sed videtur q̃ idem sit in arra qd̃ dicitur de pena: quia eadẽ est ratio vtrobiq3: ergo eadẽ debet esse ꝓhibitio et idẽ ius. s̃. de ꝯfir. cũ dilecta. cũ alijs cõcor. ibi positis. r. s̃. de trãsla. int̃ corporalia. s3 sec⁹ est si s3 leges vt dicit. l. p̄dicta. de spon. in. C. et. ff. de iuti. stip. l. ij. Uel dic q̃ arra est res fauorabilis et etiã matrimoniũ: r ideo arra põt esse in matrimonio: pena vero non. quia res est odiosa vt ibi dicitur.

Is qui fidẽ. Primo ponit thema ex q̃ tacite elicit̃ q̃stio. Secundo illã soluit et rationem summittit ibi: ad primam. Abb.

¶ Casus. Quidã iuuenis dedit fidem cuidã mulieri q̃ eã duceret in vxorem: et eam postmodũ carnaliter cognouit: postea in facie ecclesie cũ alia mr̃imoniũ ꝯtraxit. Querit̃ quã istarũ debeat habere. Dicit̃ q̃ ad primã redire tenetur: q2 licet p̃sumptũ primũ matrimonium videatur: tñ ꝯtra talẽ presumptionẽ probatio in contrariũ non est admittenda. Unde sequitur q̃ matrimoniũ postea de facto contractũ nullum sit. ¶ Nota q̃ hec est presumptio iuris et de iure contra quẽ probatio non admittitur. Ber.

d ¶ Tenet̃. sic. s̃. eo. veniẽs. r. j. de ꝯdi. appo. de illis. et. c. p tuas.

¶ Glo. se. distinguit circa p̃sumptiones. in fi. obijcit et soluit.

e ¶ Cõtra p̃sumptionem. Nõ circa hmõi p̃sumptiões. Presumptio alia est iuris r canonis siue legis. alia hoĩs. alia nature. alia facti. Presumptio iuris r canonis siue legis: siue iuris: siue de iure qd̃ idẽ est non recipit ꝓbationẽ in ꝯtrariũ: vt lex p̃sumit mulierem stipulatã dotẽ sibi reddi: que nõ est stipulata: r si quis vellet ꝓbare cõtrariũ non audit̃. C. de rei vxo. acti. l. j. §. j. Idem est in arrogato qui semp intelligit̃ stipulatus quartã partẽ de bonis arrogatoris si emancipetur. ff. de adop. si arrogator. et de tali loquit̃ hic. Et ita presumptũ dicitur istud matrimoniũ. similis presumptio est. xj. q. j. si qui clericorũ. r. j. qui ma. accu. pos. insup. si. s̃. eo. ad id qd̃. r. liiij. dist. fraternitatẽ. et. j. de iude. c. vlti. qd̃ loquitur in eodẽ casu cum ca. fraternitatẽ. Presumptio hoĩs est cũ presumitur contra aliquẽ hominem propter malã famã: cõtra hanc presumptionem bene admittitur probatio in contrariũ. s̃. eo. cũ in tua. et. ij. q. v. presbyter. et. c. si mala fama. j. de purga. cano. cũ. p. r. ff. qd̃ me. cã. nõ est ꝟisit̃.

Presumptio iurĩ r de iure.

Presumptio hoĩs

Presumptio nature est vt cũ exheredo filiũ meũ: presumit̃ contra me q̃ iniuste exheredauerim eũ r h̃ ꝓpter naturã: r ideo heredes mei ꝓbare tenent̃ q̃ iuste exheredaueri eũ. C. de ioffi. testa. au. nõ liceat parẽti. Presumptio facti alia p̃cedẽtis circa futura: vt si semel calũniat⁹ es ꝯtra me: r iterũ velis me accusare p̃sumit̃ modo te velle iterũ calũniari. ff. de accu. si cui. §. hisdẽ iij. q. x. placuit. r. c. si accusatorũ. r. s̃. de p̃sum. mandata. r. c. scribã eis. Presumptio facti subsequentis circa p̃terita est: vt si aliq̃ fuerint accusati de crimine adulterij qd̃ depellebãt pretextu ꝓximitatĩ: si postea in matrimoniũ se cõiunxerint manifeste presumit̃ facin⁹ in quo accusati fuer̃t. C. de adul. si hi qui adulterij. ff. ad macedo. itẽ si fili⁹: al'as ĩcipit: sed iulian⁹. §. interdũ. circa fi. r ĩ aut̃. vt nulli iudi. §. si q̃s ꝟo. colla. ix. Et ẽ alia p̃sũptio iuris tantũ: vt si vir diu cohabitauit vxori presumit̃ ab eo cognita. xxxij. q. j. dixit dñs. r. xxvij. q. j. nec aliqua. r contra hanc p̃sumptionẽ ꝓbatio admittit̃. s̃. de ꝓba. proposuisti. et. ff. de proba. si cyrographũ † sed h̃ nõ fuit substãtia r forma cõiugalis cõtract⁹: de qua d2. s̃. e. tua. vnde nõ est matrimoniũ. Satis dicit̃ h̃ fuisse substãtia et forma: q2 ꝯsensus et forma fuit hic: licet p verba de futuro q̃ p carnalẽ copulam subsequẽtem fiũt de presenti presumptiue: sed p carnalem copulã subsequentẽ presumitur consensus: per verba p̃cedentia designatur forma: licet illa ab initio fuerunt de futuro.

Presumptio nature.
Presumptio facti ẽ duplex.
Presumptio iuris tantum.
† Cãcellatio cyrographi p̃sumptionem cit de solutione debiti. recipit tñ ꝓbationẽ in cõtrariũ. Joan. and.

Si inter virum. ¶ Duo sunt dicta. Scd̃m ibi: verum. Ab. Diuisio.

¶ Casus. Si inter virum et vxorem cõsensus de presenti interuenerit: sub hac forma verborũ: ego accipio te in meam: r ego accipio te in meũ: vel per alia verba cõsensum exprimẽtia de p̃senti: siue iuramentũ interuenerit siue non: nõ licet alteri postmodũ ad alia vota transire: qd̃ si fecerit etiam si carnalis copula sit subsecuta debẽt separari: r primũ matrimonium in sua firmitate manere. Sed si inter eos ꝟba interuenerint de futuro vtroq3 dicente alteri. Ego accipiam te in meam: r ego accipiã te ĩ meũ: vel similia ꝟba. Si alter cum altera per verba de presenti postmodũ contraxerit non debent separari: etiam si inter ipsum r primã iuramẽtũ interuenerit: sed de fide mentita ei est penitentia iniungenda. ¶ Nota q̃ iuramentum non est de substantia matrimonij. Ber.

¶ Glo. se. ar. alle. ij. iura. subdit signa sufficere alle. cõtrarium.

f ¶ Dicente. Ergo altero loquente tantũ non est matrimonium: quia non loquens suum consensum non exprimit. arg. xxx. q. ij. c. j. Item arg. q̃ qui tacet non consentit: quia verba sunt necessaria cõsensum exprimentia. s̃. eo. tue. si. ff. de procu. filiusfamilias. §. inuitum. ‡ r si consensum exprimat alter aliquo signo vel nutu licet nihil exprimat ore satis videtur idem. Arg. contra q̃ non sit matrimonium: quia stipulatio non contrahit̃ nisi vtroq3 loquente: etiã si annuat sine verbis. ff. de verb. oblig. l. j. in prin. et. §. si quis ita. ergo idem in matrimonio. arg. istius littere vtroq3 dicente: muti tamen sine ista forma contrahere possunt dum tamen consensum exprimãt signis. s̃. e. cum apud. r. ff. de iur. do. mutus. arg. ff. de iure. muto. r illa signa eq̃pollent huic forme: r ita nõ refert dũmodo cõsensus exprimat̃ etiã in loquẽte subsecuta subarratiõe per ĩmissionem annuli. nã multe ꝓpter verecũdiã annuũt potius q̃ loquantur maxime presentibus. xxxij. q. ij. honorantur.

‡ Dicit̃ ꝓcurator ĩuitus q̃ exp̃sse nõ cõsentit. Jo. an.

g ¶ Alia verba. s̃. e. ex parte. r. xxx. q. v. §. si quis diuinis.

h ¶ Iuramẽtũ. Et ita iuramẽtũ est de substãtia mr̃imonij.

i ¶ Ad alia vota. Ad religionẽ tamẽ bene posset ante carnalem copulam transire. s̃. de conuer. cõiug. ex publico.

¶ Glosa sequens dat vnum simile.

k ¶ Separari d3. Q2 forti⁹ vinculũ supuenit: r sic soluũtur spõsalia nõ obstãte iuramẽto: sic et votũ simplex soluit̃ supueniente matrimonio. † xxvij. di. si vir. r. xxvij. q. j. nuptiarum. r minus punit̃ ꝓpter bonũ matrimonij subsequentis. vt. c. si vir. Ber.

† Et p scd̃3 votũ solẽne. j. de regu. q̃ post votum li. vj. Jo. ã.

Diuisio.

Adolescens. ¶ Ponit dictū cām inserēs ibi:cum qua. Ab. ¶ Casus. Adolescens qdā cū quadā ꝯtraxit ꝑ verba de futuro.nisus fuit sepe illā cognoscere sed non potuit. postmodū cum alia ꝯtraxit ꝑ verba de p̄senti.Querit quā illarū debet habere. Dicit ꝙ primā habere nō potest quia cū illa nō fuit verꝝ matrimoniū nec presumptū:quia conatꝰ nō habuit effectū/⁊ ita secundam habebit vxorē. ¶ Nota ꝙ conatꝰ siue voluntas sine effectu non nocet: et verba cum effectu accipienda sunt. Ber.

a ¶ De presenti contraxit. Et sic soluta fuerūt p̄ora spōsalia. s.ca. pxi.⁊.j.de spō.duo.duobus.et sic remanebit cū scda ⁊ aget penitētiam de fide mentita: vt dicit ca.duobus.Ber.

b ¶ Nec presumptū. Verꝝ nō fuit: qꝛ ibi non fuit ꝯsensus de presēti: p̄sumptū nō fuit:qꝛ non fuit carnal' copula subsecuta. De p̄sumpto matrimonio habes. s.e.is qui.s.de re iudi.tenor. vbi de hoc.et.xxvij.q.ij. si quis vxorem.

¶ Glo.se.no.effectū ponderandū non conatum vl' verba. alleg.plura iura in contrarium.

c ¶ Conatus. Nota ꝙ conatus siue volūtas sine effectu nō nocet vt h̄ pꝫ.⁊ de pe.di.j.§.hec autē v̄ba.et.§.cogitatiōis penā.et.ff.q.mo.pig.vel hypo.sol.sicut.§.si volūtate.⁊.xvij.q.iiij.si quis suadente.⁊.ff.qd quisqꝫ iur.l.j.ī fi. Et eū ꝯdēnatū accipe debemꝰ tm̄ q̄ iure cōdēnatꝰ est:ita vt snīa teneat:⁊ si nulla est snīa nō dr̄ ꝯdēnatus. ff. de re iudi.si se.§.ꝯdēnatū. Jtē ar.ꝙ v̄ba cū effectu sunt accipiēda. s.de cle.nō resi.relatū.⁊ ff.ne qs eū q in ius vo.ē vi exi.l.pe.§.docere. Arg.ꝯ.ꝙ volūtas siue conatꝰ deliquētis puniri debeat q̄uis sine effectu. s.de biga.nup.⁊.c.vlti.⁊.lj.dist.si qs post acceptū.⁊ de peni.dist.j.si quis non dicā. si quis cum telo.⁊ quattuor.§.seq.⁊.ff.de extraor.cri.l.j.⁊.C.si quacūqꝫ predi.po.l.j.in prin. † s.eo.iuuenis.

Cōdēnatus est q̄ iure ꝯdēnatꝰ est.

ipam ⁊ p̄mū iuramētū īteruenerit(sicut diximus)de futuro:huiusmodi desponsationis intuitu scdm mr̄imoniū nō poterit separari: sed eis est de violatiōe fidei penitentia iniungenda. Idem.

¶ Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro trāsire in matrimonium. Capitulum.xxxij.

Adolescēs qui desponsatam sibi ꝑ verba de futuro:licet sepe nisus fuerit:carnaliter nō cognoscēs:cū alia postmodum ꝑ verba de p̄senti[a] ꝯtraxit: non p̄mā. ¶ Cū qua nec fuit verum matrimoniū ex forma contractus: nec presumptum[b]:cum conatus[c] nō habuisset effectum: sed secūdā debet habere vxorē.

De Despōsatiōe impuberum.

Hono.eusebio episcopo.

¶ Pater ꝓ filio impubere sponsalia contrahit: pro pubere vero nō nisi consentiat. Capitulum.j.

Tua nos requisiuit fraternitas de filio adulto: quem pater matrimonium vult cōtrahere si sine voluntate adulti filij facere potest. Ad quod dicimꝰ: si aliquo modo nō ꝯsentit[d] filius fieri nō posse. ¶ Potest autē filiū nondū adultū volūtas cuiꝰ discerni nō pōt pater cui vult matrimonio tradere. ¶ Et postqꝫ filius ꝑuenerit ad ꝑfectā etatem oīno debet[e] hoc adiplere. Nicolaus papa.

¶ Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis cōiūgi non debent. Capim.ij.

Ubi nō est cōsensus[f] ⁊.j. ¶ Districtiꝰ inhibemus ne aliquoꝝ vterqꝫ vel alter ad etatē:legibꝰ vel canonibꝰ[g] determiatā[h] nō ꝑuenerit:cōiūgantur[i]. ¶ Nisi forte aliqua vrgentissima necessitate interueniente. ¶ Utpote pro bono pacis[k] talis coniūctio toleretur. Isidorus.

¶ Puberes sūt quo ad mr̄imoniū q̄ ex habitu corpis cōcipere ⁊ gn̄are possunt. Ca.iij.

Puberes a pube sunt vocati.i.a pudentia[l] corpis nuncupati:qꝛ hec loca p̄mo lanuginē ducūt. ¶ Quidā tamē ex annis pubertatē existimāt: id est eum esse puberē[m] q̄.xiiij.annos ipleuerit quāuis tardissime[n] pubescat. ¶ Certū autē est eū puberē esse q̄ ex habitu corporis pubertatem ostēdit:et gn̄are[o] iā pōt. ¶ Et puerpere sunt q̄ ī annis puerilibꝰ pariūt. Alex.iij. herforden̄.epo.

¶ Rubrica De despōsatione impuberū. ¶ Supra visum est de sponsalibꝰ in gn̄e:nūc de eis submittit in specie.s.de illis que cōtrahunt ꝑ impuberes. Vel aliter ⁊ sic. Quia ad spōsalia ꝯtrahēda certa etas determiata est a iure: ideo subijcitur ista rubrica in qua tractat de etate habili ad sponsalia:ideo ⁊c̄. De materia vide.xxx. q.ij.⁊ facit.xx.q.j.c.j.⁊ repetitur in.vj. Ab.

†Punit in x.li.auri p̄ditꝰ potestate q̄ minas ꝓ nuptijs īfert subiecte vl' parētibꝰ:etiam si nuptias nō ꝑegerit. Jo.an.

Tua nos. ¶ Habet tria dicta.scdm ibi:pōt.tertiū ibi:et postqꝫ. Ab.sic. ¶ Casus. Pater vult ꝙ filiꝰ eiꝰ ꝯhat cū aliqua muliere.filiꝰ adultꝰ nō vult cū illa ꝯhere. Querit an pr̄ filiū cōpellere possit vt cū illa ꝯhat. Dicit ꝙ si filiꝰ nō ꝯsētit id fieri nō pōt. Sꝫ filiū nōdū adultū pōt pr̄ cui vult ī mr̄imoniū tradere/qꝛ ipiꝰ volūtas adhuc discerni nō pōt. Sed postqꝫ venerit ad legitimā etatē dꝫ factū pr̄is ratū h̄re si sibi placuerit sꝫ nō ꝯpellit. ¶ Nota ꝙ libera dꝫ eē volūtas ī mr̄imōio ꝯhēdo/⁊ filiꝰ nō adultꝰ in hoc pr̄i subiacet. Jtē pr̄ nō pōt cogere filiū adultū ad ꝯhēdū. Filiū v̄o nō adultū cogere pōt vt videt:qd verꝝ est quo ad spōsalia nō quo ad mr̄imoniū. qd pꝫ cū dicit in lr̄a:dū venerit ad legitimā etatē ⁊ illud qd postea sequit debet exponi de debito honestatis non necessitatis.Ber.

¶ Glo.se.reci.ꝑ.q.quid si filius vel filia coactione patris ⁊c̄.

d ¶ Consentit. Si coactiōe paterna ductꝰ ꝯsentiret in aliquā quā alās nō esset ductꝰ:eā voluisse vr̄ ⁊ est mr̄imoniū. ff.de ri.nup.si pr̄e.cogi tn̄ nō dꝫ.ff.eo.nō cogit.⁊.C.de nup.nec filiū. ‡ nec pōt eū cōpellere inuitū. ff. de spō.filiofamilias.qꝛ inuite nuptie difficiles exitꝰ ꝯsueuerūt habere.s.ti.pxi.requisiuit.⁊.xxxj.q.ij.§.j. secus videt de filia ſm leges: nā illa contradicere nō pōt nisi pr̄ dederit ei turpē vel moribus suis indignū.ff.de spō.sed que patris .secus tn̄ ſm canones.s.ti.pxi.cum locum.⁊.xxvij.q.ij.sufficiat.Ber.

‡Sequit fa.inuitum ad ducendum vxorē legum disciplina ꝑmittit. Jo.an.

e ¶ Debet. Debito honestatis non necessitatis.s.de testi.ca.j.

Diuisio

Ubi non est. Primo pōit dictū. Secūdo excipit ibi:nisi. Tertio exemplificat ibi:vtpote. Ab. ¶ Casus. Dicit hic ꝙ aliqui quoꝝ vterqꝫ vel alter ad legitimā etatem ad matrimonium non ꝑuenerit coniungi non debent:nisi forte aliqua iusta causa interueniēte: vt puta pro bono pacis cuius contrariuꝫ fuit causa huius prohibitionis puta contrahebāt aliqui in minori etate:cū ad etatē legitimā perueniebant displicebat alteri:et sic non contrahebant:ꝓpter qd scādalū et odiū inter parētes oriebatur. ¶ Nota ꝙ pro bono pacis reformādo toleratur matrimoniū qd al's fieri interdiceretur. Ber.

f ¶ Consensus. Verus vel presumptus. B.

g ¶ Canonibus. Etas ad matrimoniū contrahendū tam ſm leges qꝫ ſm canōes est.xij.an. in femina.ff.d ritu nup. minorē.et.j.co. continebatur.in viro.xiiij.an.j.co. attestationes.q̄tum ad sponsalia etas.vij.annorum.ff.de spon. et in spōsalibus.j.co.litteras.accessit.et.c.duo.Ber.

h ¶ Determinatā. Scꝫ ad matrimoniū.in viro. xiiij. in muliere. xij. ad sponsalia.vij.

¶ Glosa sequens ponit duas lecturas.

i ¶ Coniūgātur. Matrimonialiter: quia consentire non possunt.j.de frigi. et malefi. qd sedē. Vel intellige q̄tum ad sponsalia: et ideo prohibētur qꝛ sepe mutāt postea voluntatē: vnde p̄terea oritur discordia īter ipsos: ⁊ diuertentes consanguineis copulātur.vt.s.titu.proxi.iuuenis.quod esse non pōt. † s.titu.proxi.sponsam.

k ¶ Pacis. No.pro bono pacis admittēdū quod al's prohibetur. xij.q.vj.h̄ qppe. Vn̄ v̄sus. Pax vt seruet moderamen iuris habet.

Puberes. Primo narrat dictū. Secundo refert vnā opinionem ibi:quidā. Tertio aliud dictū ibi:certum. Quarto aliud ibi:et puerpere. Abbas. ¶ Casus. Jsidorus īterpretatur quis dicatur pubes:dicitur pubes a pudentia corporis:quia loca illā primo lanuginē ducūt. Quidam tamen computant pubertatē ex annis primis/id est illū puberem dicunt qui annū.xiiij. compleuit q̄uis tardius pubescat. Sed verum est illum puberē esse qui ex habitu corporis pubertatem ostendit et generare possit.et puerpere dicuntur que in puerilibus annis pariunt. ¶ Nota ꝙ in matrimonio contrahendo non debet considerari tempus. Sed vtrum sit talis qui generare vel ꝯcipere possit tam in masculo qꝫ in femina. B.

l ¶ Pudentia.i.pudore quē patiebant inspiciētes et inspecti in ꝑtibus siue mēbris pudēdis.vt insti.qui.mo.tu.fi.circa prin.

m ¶ Puberē.xiiij.an.xx.q.j.illud.⁊.s.de regu.ad nostram.

¶ Glo.seq.querit opi.ponit. contrariū sol.

n ¶ Tardissime. Quid si iste qui iam cōpleuit.xiiij.annos talis appareat ꝙ nullo modo possit generare ⁊ ꝯtrahat nunqd tenet matrimoniū? Dicunt quidā ꝙ tenet matrimoniū. ꝯtrariū credo ‡ qꝛ nec est pubes.vt.j.dicit.nec in eo reperiunt tria bona mr̄imonij q̄ sūt fides/proles/⁊ sacr̄m.xxvij.q.ij.oē itaqꝫ.iste nō est talis q̄ possit h̄re ꝓlē:qd etiā satis patet ꝑ litterā sequentē. Ar.ꝯtra.j.eo. de illis.

¶ Glo.seq.distinguit pubertatē matrimonij et tutele.

o ¶ Generare. Ergo pubertas ex vigore naturali nō ex annoꝝ numero ꝯprobat.qd verū est q̄ ad mr̄imoniū ꝯtrahendū vt dixi.et.j. c.de illis.ij.et ca.vlti. vbi malicia supplet etatē.ex qbꝰ etiā ꝓbat ꝙ mr̄imoniū considerat ex pubertate tm̄ ⁊ nō ex annoꝝ numero:quo ad tutelā vel curā etas annoꝝ tm̄ ꝯsiderat. C.qñ. tu.vel cu.esse de. indecoꝝ.insti.q.mo.finit tu.in p̄n.sed quo ad mr̄imoniū bene inspicitur mulier et etiā vir an sint apti ad matrimonium.xxvij.q.j.nec aliqua.et.s. de proba.ꝓposuisti.⁊ ca. causam matrimonij.

†Dixit Jnno. etiā ī ō ꝓhiberi:qꝛ timet ne ꝑ carnis copulā spōsalia ratificentur.s.tit.j. iuuenis. Hosti.dixit ꝙ ꝑ sponsalia ex q̄ tenēt ipedit quo ad spōsos tota cōsāguinitas hinc et īde nō est ergo tutū nec vtile sed dānosum reipublice.ar.ff.sol.ma.l.j. tot vxores auferre spōso: ⁊ tot maritos spōse qd fieret si laxaretur ⁊ non restringeretur in hoc lnīa cōtrahēdi ſm eū. Jo.an. ‡ Jdē Ala. in.j.ꝯpil.e. ti.ca.ij.qd hodie non habemꝰ:sꝫ hec opi.gl. non placet. nā per cā videt infirmitate tpali īpeditū ad coitum:vel coire nolentē mr̄imonium nō ꝯtrahere. Sed nonne ī eo de quo dubitatur an sit naturaliter frigidꝰ expectamꝰ cohabitatōe trienij: ſm istā opi.nō vr̄ expectāda.qd ē falsum.vt j.de frig.laudabilem.qd facit multum ꝯtra opinionē ⁊ si dicas lꝫ ꝯtrahere añ illā etatem qñ pubertas ꝑuenit ⁊ sic nō inspicimus annos.istd ñ sequit:qꝛ preueniēti etatē necesse fuit ꝓuideri ne haberet necesse fornicari. ⁊ iō dicā inspici etatē. qui ma. sc. pos.insup. si tñ ꝑueniatur pubertas licebit ꝯtrahere:⁊ id huari videmꝰ. J.ā.

⁋Ex spōsalibus ꝯtractis cum minore septēnio non orit impedimentū publice honestatis: secus si cū maiore vel minore consentiente post septēniū. et affinitas sequēs dissoluit spōsalia pcedētia de futuro. Capitulum. iiij.

Litteras tue fraternitatis accepimꝰ: ex quaꝝ tenore ꝑpendimꝰ: ꝙ cū quidā esset pfecte etatis quādā puellā in cunabulis despōsauit: pcedente vero tpe matrē puelle cognouit: et eā in vxorē accepit: ⁊ .j. ¶ Consul. t. t. r. ꝙ si prefatꝰ vir matrē puelle antequā septimū annum cōplesset in vxorē accepit: mr̄imoniū non dissoluas[a]: cum desponsationes hmōi nulle sunt q̄ in cunabulis fiunt. Uerum si postquā puella septimum annū cōpleuit: pdictus vir matrem eiꝰ accepit vxorem: cū sponsalia extūc[b] placere ꝯsueuerint[c]: inter eos sniam diuortij non differas pmulgare: nec ipm filiam[d] seu matrem hr̄e pmittas.

Idem eboraceñ. episcopo.

⁋Spōsalia nulla ex defectu cōsensus non creant publice honestatis iusticiā. sponsalia vero aliqua sic: licet legitimo modo fuerint dissoluta. Capitulum. v.

Accessit ad p̄sētiā nostrā: ⁊ .j. ¶ F. t. mādamꝰ quatenꝰ si tibi cōstiterit ꝙ puella nō esset septēnis qñ G. desponsata fuit et postea in eū nō ꝯsenserit[e]: et ꝙ idē G. ab hmōi despōsatione ꝑ te fuerit absolutꝰ[f]: mr̄imoniū inter eundē G. et matrē puelle celebratū precipias inuiolabiliter obſuari: ⁊ eorū ꝓlēs[g] denūcies eē legitimā: qꝛ despōsatiōes ⁊ mr̄imonia ante septē annos fieri nō pñt: si cōsensus postea non accedit[h]. ¶ Sane si p̄fata puella ante despōsationē[i] septimū annū cōpleuerat: lꝫ p̄dictus vir a despōsatiōe ipsiꝰ puelle ipso iure[k] fuerit absolutus: cū ea in eū ꝯsentire noluerit: ihonestū[l] tñ vr̄ vt matrē hēat cuiꝰ filia fuit sibi despōsata.

Idem norwiceñ. epō.

⁋Si ipubes despōsata et traducta petit sniam: pubes fc̄tā alteri nubēdi nō audit si vir iurat se eā cognouisse: nec audit si non dū pubes sed ꝓxia pubertati ꝓbetur cognita. Et ex spōsalibus ꝯtractis cū ipubere maiore septēnio orit publica hōestas. C. vj.

Continebat i lr̄is tuis ꝙ cū quedā puella infra nubiles annos cuidā in vxorē tradita fuerit: et ab ipso traducta: hec ad nubiles annos ꝑueniens alij nubēdi sniam postulauit: asserens se in eundē nullatenꝰ ꝯsensisse: ⁊ .j. ¶ Cōsul. t. t. r. ꝙ cum in decretis[m] habeat expressum ꝙ si

Sūmariū. Litteras. ⁋ Qui desponsauit minorē septēnio cū eius matre cōtrahere potest: secus si tempore sponsalioꝝ erat maior. vel si tūc fuit minor eadē volūtate ꝑmanēte facta sit maior: qꝛ si cū matre cōtrahit ⁊ eam cognoscit / nec matrē habebit nec filiam. h. d.

Diuisio. Cōmunis diuisio. scd̄a ibi: consultationi. Ab. ⁋ Casus. Quidam cū esset etatis legitime ad mr̄imoniū ꝯtrahendum despōsauit quādā puellā i cunabulis. postmodū cognouit matrē ⁊ eam in vxorē accepit. Dubitabat an eā i vxorem habere posset? Rñ. papa ꝙ si p̄fatꝰ vir matrē puelle in vxorē accepit antequā puella septimū annū cōpleret / matrimoniū tenet. quia huiusmodi desponsatiōes que infra. vij. annū fiūt nulle sunt. verūtamē si postquā puella. vij. annū cōpleuit vir ille matrē accepit / quia ex tūc placere consueuerūt sponsalia / matrimonium illud separari debet / nec matrem nec filiā habere poterit. ¶ Nota ꝙ spōsalia ante. vij. annū contracta nulla sunt / post vij. annū valēt et tenēt. Itē qd̄ ab initio nō valuit tractu temporis valere incipit. Ber. ¶ Glo. seq. arg. signat cōtrariū ⁊ ibi remittit.

a ⁋ Dissoluas. Arg. ꝙ sponsalia cōtracta de facto non inducūt publice honestatis iusticiam. Argu. ꝯtra. s̄. ti. ꝓxi. ad audientiā. vbi de hoc. ⁊ ca. iuuenis.

b ⁋ Extunc. Scilꝫ post vij. annos. xxx. q. ij. c. vl.

c ⁋ Placere cōsueuerint. Et si placuerit sola ratihabitione confirmant: lꝫ ab initio nulla fuissent: ⁊ intelliguntur ratū habere nisi expresse contradixerint etate legitima adueniēte vt hic colligit. Sed intelligo ꝙ sponsalia debeant placere cū simul cohabitāt: quia tunc intelligūtur consentire ex quo non contradicūt. ff. de ri. nup. minorem. secus credo si seorsum habitāt: quia tūc non intelligūtur consentire: nisi vel verbo vel ipso facto: puta quia vadit ad domū suā vel dat aliqua munuscula ⁊ cōsimilia que spōsi facere cōsueuerūt. arg. ad hoc .j. ca. ꝓxi. in prin. vbi dicit et postea in eū non consenserit. Item arg. ad ea que frequētius accidūt iura adaptari debent. xxviij. dist. de syracusane. ⁊ s̄. de cle. coniuga. diuersis fallacijs. C. de la. lib. tol. l. vnica. §. sed ⁊ si quis. ⁊ . xiiij. q. v. denique. et insti. de re. diui. §. illud. et. xix. q. ij. due sunt. et. ff. de serui. rusti. predi. cū essent. §. per pluriū. ff. de vsucap. l. iusto. j. rñ. in fi. ff. de legi. nā ad ea. et. iij. q. v. accusatores. immo quādoque ad ea que nūquā vel raro accidunt. ff. si pars here. pe. l. antiqui. xix. dist. in canonicis. in fi. ff. de reg. iur. ea que raro. de cōsecra. dist. iiij. sanctū est baptisma. in fi. C. de legi. habetur. si maior. et. lj. dist. qui in aliquo. ℣. quicūque. ff. de sta. homi. nō sunt. ⁊ . l. seq. † Sol. regulariter obtinet. j. rubrica. Contraria casualia sunt q̄ negocijs non coherent. ff. de regu. iur. ea que raro.

† Formabitur ibi casꝰ de ancilla cui relicta erat libertas si tres liberos pareret. peperit vnum et postea tres vno partu: vltimꝰ est liber. Jo. an.

d ⁋ Filiam. Quā habere non potest propter affinitatē superuenientem. xxxv. q. iij. nec eam quā. nec matrē: propter publice honestatis iusticiā. vt .j. ca. ꝓxi. ⁊ s̄. titu. ꝓxi. ad audiētiam. ⁊ .j. eo. continebatur. §. vlti. Ber.

Accessit. ⁋ Sūmatū est. s̄. ca. proxi. Distinguit duo mēbra. scd̄m ibi: sane. Ab. sic. ⁋ Casus. Quidā M. nomie contraxit sponsalia cum quadā puella in minori etate siue infra nubiles annos / ⁊ cū ipsa in dictū M. consentire nollet ab eo fuit ꝑ archiepiscopū absoluta. postmodū dictus M. cū matre puelle matrimoniū cōtraxit / ⁊ ex ea filios suscepit. Dubitauit archiepiscopꝰ vtrum matrimoniū illud teneret: et an filij eoꝝ legitimi sint habēdi. sup hoc papa cōsultus respōdet ⁊ mādat archiepiscopo quatenus si ꝯstiterit ei ꝙ puella nō esset. vij. annorum quādo prefato. M. desponsata fuit. et ꝙ idem. M. fuisset absolutus ab ipsa. matrimoniū illud legitimū iudicet ⁊ prolem eorum legitimam nunciet: quia despōsationes infra. vij. annū non tenent si consensus postea non accedat. Si vero dicta puella antequā desponsata p̄dicto. M. fuisset. vij. annū compleuerit quāuis ab ipsa absolutus fuisset: quia in eum consentire nolebat / matrem puelle habere non potest. ¶ Nota ꝙ diuortium dicit celebrari inter quos nullū fuit matrimoniū. Itē sponsalia infra. vij. annum contracta nō tenent: ⁊ ita non impedit coniungi qui contraxit cum matre illius puelle dūmodo post. vij. annū adinuicem non consenserit. Item ratihabitio subsequens ꝯfirmat cōtractū precedentē. B.

e ⁋ Cōsenserit. Dic super hoc. vt. s̄. c. proxi.

f ⁋ Absolutus. Maxime hec absolutio factū tātum respicit cum nulla fuissent sponsalia † s̄. ca. proxi. Ber.

† Sine absolutiōe crederem sufficere si alter in septēnio ꝓtestaret se nolle consentire. ꝭm Jn. Jo. an.

g ⁋ Prolem. Quia vbi matrimoniū legitimū est ⁊ filij legitimi erunt. xxxiiij. distin. si quis viduam. ⁊ . xxxij. q. iiij. dicat aliquis. ⁊ si mr̄imonium reputatur legitimum licet non sit / filij tamen erunt legitimi .j. qui fi. sint legi. cū inter. hodie idem obtinet denunciatione premissa ‡ .j. de clādesti. despon. cū inhibitio.

‡ Cū alter ignorat ipedimentū. secus cū ābo sciūt vt ibi. Jo. and.

h ⁋ Accedit. Tacite vl̄ expsse dictū est. s̄. c. ꝓxi.

i ⁋ Ante desponsationem. Ipsiꝰ puelle. B. ¶ Glosa sequens ponit opinionem et lecturam quam reprobat.

k ⁋ Ipso iure. Hoc id dicit: quia cū maior cōtrahit spōsalia cum minore: adueniēte etate si mior noluerit cōsentire in matrimonium ab ecclesia debet absolui: et quia illa noluit consentire fuit absolutus ab epo: nec intelligas ipso iure. i. sponsalia nulla fuerunt ipso iure vt quidam † dixerunt: quia ipsa non consensit in spōsalibus: sed hoc stare nō potest: quia si hoc fuisset non separaret matrimoniū cōtractū cū matre: cū nulla fuissent sponsalia vt patet per prin. c. vbi nō separantur.

† Tan. s. sꝫ mouebat ex antiqua vbi precipiebat matrimonium simulando sustineri cōtractū cum matre.

l ⁋ Inhonestum. Quia nullam de consanguinitate illius puelle poterit recipere in vxorem: ergo multominus matrem. s̄. ti. proxi. ad audientiam. ⁊ ca. sponsam. et. c. iuuenis. cum illa puella fuerit sponsa illius. vt .j. c. proxi. in fi.

Diuisio. Continebatur. Primo ponitur consultatio. Secūdo responsio ibi: cōsultationi. Ab. ⁋ Casus. Quedam puella infra nubiles annos cōstituta tradita fuit in vxorē cuidam iuueni ⁊ ab eo traducta: postmodū cū ꝑuenit ad nubiles annos postulauit licenciā cū alio ꝯhēdi: dicēs ꝙ in illū nō cōsensit. Iuuenis ille in ꝯtrariū allegauit ꝙ ⁊ si forte cū desponsauit eā nondum annū. xij. attigisset: ita erat etati ꝓxima ꝙ eam carnaliter cognouit: ⁊ parētes ipsius asserebant eam esse etatis legitime. Quesitum fuit a papa cui eēt potiꝰ credēdū? Rñ. pa. ꝙ in decretis habet expssum vt si vir dicat ꝙ vxorē suā cognouerit: ⁊ mulier negauerit stādū est ℣bo viri: ⁊ in casu p̄misso stādū est ℣bo viri q̄ dicit se eā cognouisse: si illud iuramento firmauerit. Si vero fuit etati ꝓxima vt in. xj. anno vel circa. xij. ⁊ cum assensu suo desponsata et cognita ab eo separi nō dꝫ: ꝓcipue cū parētes ipsiꝰ eā legitīe etatis faterent. In fine dicit ꝙ si puella infra nubiles annos alicui fuerit despōsata: nō licet alicui de cōsanguinitate illius cui despōsata fuerat eā ducere in vxorem: nec sponsus poterit aliquā accipere de consanguinitate sponse. ¶ Nota ꝙ potius creditur viro quā mulieri / sed hoc est fauore matrimonij. Item ab. xj. anno dicit mulier proxima / ⁊ nuptui apta. Item sponsalia infra nubiles annos contracta licet ad matrimoniū non proueniant / impediūt matrimoniū cōtrahendum cum omnibus cōsanguineis alterutrius. Ber.

m ⁋ In decretis. xxxiiij. q. j. si quis vxorem acceperit. §. j.

vir dixerit ꝙ vxorẽ suam cognouerit et mulier negauerit: viri stã-
a dum est[a] veritati: ꝓfato viro qui dicit se mulierẽ ipam cognouisse fides ẽ adhibẽda: si id firmaue-
b rit iuramẽto[b]. Si autẽ fuerit eta-
c ti proxima[c]. vt in. xj. vel circa. xij annũ: et cum suo assensu desponsata et cognita ab eodem viro se-
d parari non dꝫ: ꝓsertim[d] cũ parẽtes eius ipam fuisse etatis legitime faterentur. Si vero puella infra nubiles ãnos alicui despon-
e sata fuerit: nõ licet alicui[e] de consanguinitate ipsi⁹ cui desponsata fuerit eã ducere in vxorẽ: nec fas est eidẽ sponso de ꝯsanguinitate sponse sibi aliquã copulare.

Idem barthonieñ. episcopo.

Si maiores septẽnio ꝯhunt spõsalia neuter añ pubertatẽ resilire põt hoc prio. Et ille q̃ primo fit pubes alterũ expectabit. hoc scd̃o. Qꝫ si tpe ꝯct⁹ alter erat pubes: nõ ille sꝫ alter fact⁹ pubes resilire põt. hoc tertio. Ca. vij.

f De illis[f] qui infra annos .j. aptos mr̃imonijs sponsalia contrahunt: siue vterqꝫ siue alter reclamet anteq̃ꝫ ad annos mr̃imonijs aptos ꝑuenerint: et postulẽt separari: nõ sunt vllate-
g nus[g] audiendi. ¶ Si vero alteruter istorũ ad annos pubertatis peruenerit: ĩfra eosdẽ annos al-
h tero existẽte cũ sponsalia[h] cõtra-
i hunt: si is q̃ mĩoris[i] etatis est cũ ad annos illos peruenerit reclamauerit: nec ĩ alterũ voluerit cõ-
k sentire iudicio[k] eccl̃ie poterunt abinuicẽ separi. ¶ Mulier autẽ que postq̃ꝫ annos nubiles attingit: ei q̃ nondũ ad annos aptos
l mr̃imonijs venerat nupsit[l]: cũ
m in eũ semel[m] ꝯsenserit amplius nõ poterit dissentire: nisi ipe cui nupsit postq̃ꝫ ad legitimã etatẽ ꝑuenerit: in eã suũ negauerit prestare consensum. Idem.

Impuberes spõsalia ꝯhẽtes ante pubertatẽ separari non debẽt: sꝫ post pubertatẽ pñt/ si contradicũt spõsalibus: nisi copula carnalis interuenerit. Cap. viij.

A nobis tua discretio requisiuit vtrũ is q̃ infra
n annos nubiles mr̃imonij[n] noĩe cõiungunꝶ vel eoꝝ alteri: anteq̃ꝫ ad annos aptos mr̃imonio ꝑueniãt liceat a matrimonio tali di-

¶ Glosa sequens signat contrarium et soluit.

a ¶ Viri standũ est veritati. Ar. contra. xxvij. q. ij. quod interrogasti. et. xxxiij. q. j. requisisti. So. vbi vir se dicit cognouisse vxorẽ ⁊ ista negat statur verbo viri vt hic. ⁊. xxxiij. q. j. si quis vxorẽ receperit sed. c. reqsisti. intelligiꝶ quãdo vterqꝫ cõfitetur ꝙ carnaliter iũgi ꝓpter frigiditatẽ nõ possũt: ⁊ vterqꝫ septima manu propinquorũ debet iurare ꝙ nõ possunt carnaliter cõmisceri. c. qđ ĩterrogasti. intelligiꝶ qñ marit⁹ non dicit ꝙ vxorẽ cognouerit vnde auditur mulier. ꝑterea qđ dicit hic fides est adhibenda viro si iurauerit/ hoc ĩtellige quãdo mulier non probat se virginẽ per aspectum corporis: qꝛ tunc bene audiꝶ. ꝰ. de proba. proposuisti. et. c. causam.

b ¶ Juramento. Sed quare cõpelliꝶ iste iurare cũ sit re⁹. vj. q. v. actor Ideo cõpellitur iurare ne hoc diceret in fraudẽ et in preiudiciũ mulieris: nec credere tenetur ei mulier sine iuramento: ꝑcipue in causa matrimonij propter periculũ aĩe. Lau. dixit ꝙ hoc ideo: quia fundata videbaꝶ intẽtio mulieris qꝛ traducta mulier fuerat minor vnde ad tollẽdã presumptionẽ illam debet iurare: secus esset si mulier oĩno nihil probasset. vt. ꝰ. de iureiur. c. vlt. vbi de hoc. si. ꝭ. eo. attestatiões. Et sic est ar. ꝙ ĩ causis matrimonialibus non debet omitti iuramentũ ne in fraudẽ aliquid teneꝶ. ꝰ. de testi. tuis questiõibus.

Juramẽtum a reo exigi põt etiã actore nihil ꝓbante qñ vertiꝶ periculũ aĩe

¶ Glosa sequens querit et soluit.

c ¶ Proxima. Sꝫ quãdo diciꝶ etati ꝓxia: Põt dici† ꝙ cũ distat a pubertate ꝑ sex menses vel min⁹. ꝭ. eo. attestationes. et. ff. de excu. tu. non tñ. et sic proximus pubertati furti obligaꝶ. insti. de ob. que ex delic. nas. §. in sũma. et intellige nihilomin⁹ ꝙ malicia supplebat etatẽ: aꝉ's nõ esset mr̃moniũ etiã post. xij. annũ vt dixi. ꝰ. eo. puberes.

† Dicit Jnno. illã esse ꝓximã pubertati que distat a. xij. an. cõpleto nõ cepto ꝑ vj. menses. ita ꝙ est. xj. annoꝝ et dimidij. vel qñ pubertas appet per aspectũ vꝉ alia itersignia. Ho. dicit illum etati proximũ q̃ ẽ circa fi. pupillaris etatis vel illã excessit per tres dies. vt. ꝰ. de regu. ad nr̃aꝫ ar. de elec. in causis. j. rñso. ĩ ñ. cũ suis cõcor. Jllud eniꝫ verbũ circiter dicit ad modicũ tẽpus referẽdũ. ꝰ. de dila. lr̃e. de hoc ꝑm cũ. ꝰ. eo. puberes. ꝭ. q̃ ma. ac. pos. insuper. Jo. an.

d ¶ Presertim. i. maxime: et ꝙ parentes ꝯfitebãtur illam legitime etatis: multũ facit pro viro et contra puellam.

e ¶ Alicui. De ꝯsanguinitate. sic. ꝰ. eo. accessit. in fi. ꝰ. ti. proxi. ad audientiam. et ca. iuuenis. et ca. sponsam.

De illis. Tria sunt dicta. Scd̃m ibi: si vero. Tertiũ ibi: mulier. Ab. ¶ Casus. Aliqui infra nubiles annos constituti maiores. vij. annis contrahunt sponsalia: siue vterqꝫ siue alter anteq̃ꝫ ad legitĩos annos ꝑueniãt: si postulẽt separari nõ sunt audiẽdi. Si vero alter eoꝝ perueniat ad legitimos annos altero in minorib⁹ adhuc existente: maior si petat separari/ nõ est audiẽdus nisi cum alter ad etatem legitimã peruenerit ⁊ petierit separari tunc iudicio ecclesie possunt separari. Si vero quãdo ꝯtrahũt spõsalia alter eoꝝ maior fuit/ ⁊ alter minor: si maior postulet separari non est audiendus: quia ex quo in eũ semel consensit non põt amplius dissentire: nisi minor cũ peruenerit ad etatem legitimã petierit separari.

